



AUS FEUER UND WASSER GERETTET
BEIM GROSSEN BRANDE DER
BAYERISCHEN STAATSBIBLIOTHEK
IM MÄRZ DES KRIEGSJAHRES 1943
F. STAEGER

INDEX

LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

GVILELMI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA


FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A D. XIII. M. APRILIS VSQVE AD D. XV. M. AVGVSTI A. MDCCCLXIII.

HABEBVNTVR.

BEROLINI
FORMIS ACADEMICIS.


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

VNIVERSITATIS LITTERARIAE

FRIDERICAE GVILELMAE

RECTOR ET SENATVS.

Editus est ab Iulio Bergero doctisque commentariis copiose enarratus liber quo varia monstrorum beluarumque genera describuntur (*Traditions tératologiques, ou récits de l'antiquité et du moyen age en occident sur quelques points de la fable, du merveilleux et de l'histoire naturelle, publiés par Jules Berger de Xivrey. Par.* 1836). sumpsit hunc librum Bergerus e codice saeculi decimi qui olim Petri Pithoei fuit et praeterea Phaedri fabulas continet. idem liber, sed integrior (nam in Pithoeano codice et maior pars praefationis et tertii commentarii capitula praeter primum omnia omissa sunt) inest in codice Guelferbytano CXLVIII, qui olim fuit monasterii Wizenburgensis scriptusque est eodem saeculo decimo. de quo codice Ludovicus Trossius dixit et non nulla inde excerpsit in epistula quam ad Iulium Fleutelotum scripsit et Hammoniae anno MDCCCXLIV edidit. habebant autem eodem saeculo decimo librum illum etiam monachi Bobienses: nam quem index librorum Bobiensium a Muratorio in Antiquitatum Italicarum tomo tertio editus p. 823 commemorat *De diversis generibus monstrorum librum I* non dubitamus eundem esse. denique Iacobus Geelius, vir eximius, cuius mortem graviter ferremus nisi sciremus candidissimam animam a tristi infelicitate liberatam esse, in Catalogo librorum manuscriptorum qui inde ab anno MDCCXLI bibliothecae Lugduno Batavae accesserunt p. 221 commemoravit *Anonymi de beluis fragmentum, incertum ex quo codice descriptum ab Iacobo Gronovio.* initium eius idem est atque libri Pithoeani, sed desinit ita, *ut a suis sibi cibum anquirerent parentibus Finit libellus de beluis,* quibuscum neque plane congruit liber Pithoeanus (v. II 32) neque eis verbis finitur. ex patris apographo, ut iam intellegitur, Abrahamus Gronovius non nulla attulit ad Aeliani de natura animalium XVII 9. nos, quoniam liber ille in summa inscitia ac barbarie conplura tamen continet scitu digna et partim valde memorabilia, immo propter ipsam barbariem non inutilis est ad cognoscendam litterarum historiam, operae pretium facturi esse nobis videbamur si eum conlatis inter se codicibus Guelferbytano (*A*) et Pithoeano quem Bergerus edidit (*B*) quantum fieri et deberet et a nobis posset emendaremus et totum evulgaremus. erant autem non nulla quae codex aut uterque aut alteruter praebet resecanda, utpote quae aliena essent a libri argumento scriptorisque consilio. quae omnia diligenter adnotavimus: nam ne in illis quidem additamentis desunt quae digna sint commemoratione. veluti fabula Proserpinae, quae in Guelferbytano codice addita est, antiquae eruditionis

reliquias continet, quas Eustathius a Graeco scriptore sumpsit, Latino libro adscriptas esse putamus ex Latina aliqua fabularum enarratione aut scholio fortasse Vergiliano. et e scholiis Vergilianis etiam alia quae ipse libri scriptor protulit desumpta esse existimamus. veluti Octaviani grammatici commemoratio (III 17), cum adiuncta sit eis quae ex Vergiliano versu petita sunt, interpreti alicui Vergilii deberi videtur. pariter quae de Orpheo Lucani narrantur (I 6. II 8) non ex ipso Lucani carmine, sed ex Vergiliano aliquo scholio sumpta esse arbitramur. commemorat Orpheum Lucani Servius ad georg. IIII 490: sed, quod neglexisse videntur qui de hoc carmine scripserunt, eodem haud dubie pertinent quae idem Servius ad Aen. VI 392 adscripsit, *lectum est et in Orpheo quod quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eum statim suscepit: ob quam rem anno integro in compedibus fuit.* studuimus autem omnino indagare unde congesta sint quae in hoc libro proferuntur, inscite saepe et ut ridiculi errores deprehendantur. in quo labore quamquam et ipsi non indiligenter versati sumus et valde nos adiuvit Bergeri eruditio, erant tamen quae ad auctores suos referre non possemus. et videntur non nulla intercidisse quae hic scriptor legerat. veluti omnia illa in quibus Brixontis fluvii mentio fit ex uno aliquo libro sumpta esse videntur qui periit aut ineditus alicubi latet. meminit autem fluvii illius, quem Brisonem dicit, Gervasius Tilleberiensis in Otiis imperialibus, quae anno fere MCCXI ad Ottonem imperatorem misit, III 73. 74. 75 (p. 984 s.), eaque simul narrat quae partim congruunt cum eis quae liber quem edimus habet I 20. 24: sed adparet non inde ea deprompta esse, verum a communi fonte hos rivulos esse deductos.

Restat ut de tempore et de patria scriptoris aliquid dicamus. sed tantum abest ut certi aliquid statuere posse nobis videamur, ut ultra opinabilia nolimus progredi. ac primum quidem tam mirabilis hic adgnoscitur, praesertim in Vergilianorum multorum versuum interpretatione, inscitia ut postquam ab Alcuino et Hrabano scholastica institutio emendata erat talia non videantur potuisse scribi. quod autem non nulla quae narrantur cum Isidori Originibus congruunt, inde non tuto colligitur sumpta ea esse ab Isidoro. veluti quae (III 6) de serpentibus igne fugatis et albo pipere in nigrum colorem converso ridicule admodum narrantur, conspirant quidem cum Isidoro, sed additur serpentium nomen, et nescimus unde illa Isidorus sumpserit. putamus autem scriptorem vixisse in regno Francico: certe hoc satis credibile videtur esse propter ea quae (I 3) de Hugilaico narrantur, quod nomen ut restitueremus et sermonis Theodisci ratio et ipsae librorum mendae postulabant. diximus de Hugilaico olim (*zeitschrift für deutsches alterthum* V p. 10) eodemque fere tempore Iacobus Grimmius Trossium eadem docuit. narrantur in Gestis regum Francorum cap. 19 inter ea quae intra annos DXII et DXX facta sunt haece, *in illo tempore Dani cum rege suo nomine Chochilago cum navale hoste per altum mare Gallias appetunt, Theuderico pagum Attoarios et alios devastantes atque captivantes, plenas naves de captivis habentes, alto mare intrantes: rex*

eorum ad litus maris resedit. quod cum Theuderico nuntiatum fuisset, Theudebertum filium suum cum magno exercitu in illis partibus dirigens: qui consequens eos pugnavit cum eis caede maxima atque ipsis prostratis regem eorum interfecit, praedam tulit et in terram suam restituit. similia narraverat Gregorius Turonensis III 3, *his gestis Dani cum rege suo nomine Chochilaicho evectu navali per mare Gallias appetunt. egressique ad terras pagum unum de Theoderici devastant atque captivant, oneratisque navibus tam de captivis quam de reliquis spoliis reverti ad patriam cupiunt. sed rex eorum in litus residebat, donec naves altum mare comprehenderent, ipse deinceps secuturus. quod cum Theoderico denuntiatum fuisset, quod scilicet regio eius fuerit ab extraneis devastata, Theodebertum filium suum in illas partes cum valido exercitu ac magno armorum apparatu direxit. qui interfecto rege hostes navali proelio superatos opprimit omnemque rapinam terrae restituit.* certum est eundem esse Hygelacum quem Beovulfias, carmen Anglosaxonicum, saepius commemorat quemque ab Hattuariis victum et interfectum esse narrat v. 5819 ss. de qua re praeter alios dixit Muellenhoffius (*zeitschr. f. d. alt.* VI p. 437). idem fortasse est Hugleikr, Suionum rex, de quo Snorro narrat (*Konunga-sögur af Snorra Sturlusyni* p. 29 ed. Holm. a. 1816): quamquam si idem est, famam confusam et obscuratam esse adparet.

LIBER MONSTRORVM DE DIVERSIS GENERIBVS.

I.

1. De occulto orbis terrarum situ interrogasti et si tanta monstrorum essent genera credenda quanta in abditis mundi partibus per deserta et Oceani insulas et in ultimorum montium latebris nutrita monstrantur, et praecipue de his tribus orbis terrae generibus respondere petebas quae maximum formidinis terrorem humano generi incutiunt, ut de monstruosis hominum partubus describerem et de ferarum horribilibus numerosisque bestiarum formis et draconum dirissimis serpentiumque ac viperarum generibus. et dum sermo de his per multarum scripturarum auctoritatem velut excelsi sideris fulgore olim humano generi pene ubique refulsit, mendacia ea nemini iteranda putassem nisi me ventus tuae postulationis a puppi praecelsa pavidum inter marina praecipitasset monstra. ponto namque tenebroso hoc opus aequipero, quod probandi si sint vera an structa mendacio nullus patet accessus ea quae per orbem terrarum aurato sermone miri rumoris fama dispergebat: quorum maximam partem philosophorum et poetarum scriptura demonstrat, quae semper mendacia nutrit. quaedam tantum in ipsis mirabilibus vera esse creduntur, et sunt in-

1. Incipit liber monstrorum (*erat* monstruorum) de diuersis generibus *A.* ‖ 3. oculto *A.* ‖ 4. ociani insǒlas *A.* ‖ 5. nutriti *pr A.* ‖ 6. responderi? ‖ 7. monstrosis *corr A.* ‖ partibus *A.* ‖ 8. orribilibus *A.* ‖ 9-11. set cum — refulserit? ‖ 10. excelsis *A.* ‖ 11. mendacidā ea *A.* ‖ 12. pupi *A.* 14. instructa mendatio *A.* ‖

numerabilia quae si quis ad exploranda pennis volare posset, edita rumoroso sermone esse tamen ficta probaret, ut ubi nunc urbs aurea et gemmis aspersa litora dicuntur ibi lapideam aut nullam urbem et scopulosa litora cerneret. et de his primum eloquar quae sunt aliquo modo credenda, et sequentem historiam sibi quisque discernat, quod per haec antra monstrorum marinae puellae quandam formulam sirinae depingam, ut sit capite rationis quod tantae diversorum generum hispidae squamosaeque secuntur fabulae. primo namque de his ad ortum sermo prorumpit quae leviore discretu ab humano genere distant, daturus operam de singulis quae terra fovet mortalium nutrix aut condam fovisse fertur, quia nunc, humano genere multiplicato et terrarum orbe repleto, sub astris minus producuntur monstra, quae ab ipsis per plurimos terrae angulos eradicata funditus et subversa legimus et nunc revulsa litoribus prona torquentur ad undas quaeque turbine poli vertice sub arduo a totius gyri ambitu et omni loco terrarum ad hanc vastam gurgitis se voraginem vergunt.

2. Me enim quendam hominem in primordio operis utriusque sexus cognovisse testor, qui tamen ipsa facie plus et pectore virilis quam muliebris apparuit et vir a nescientibus putabatur, sed muliebria dilexit opera et ignaros virorum more meretricis decipiebat. set hoc frequenter aput humanum genus contigisse fertur.

3. Et fiunt monstra mirae magnitudinis, ut rex Hugilaicus, qui imperavit Getis et a Francis occisus est, quem equus a duodecimo aetatis anno portare non potuit. cuius ossa in Rheni fluminis insula, ubi in Oceanum prorumpit, reservata sunt et de longinco venientibus pro miraculo ostenduntur.

1. potuisset. et ita rumoroso sermo setā ficta *A.* ‖ 3. nbi lapideum *A: emendavit Trossius.* ‖ scopolosa *A.* ‖ 6. sirinę *A. conf.* I 7. 14. *in libro coloniarum p.* 235, 16 *Lachmannus recte restituit* sirenae Parthenopae. *in Dositheana genealogia Hygini p.* 72 *poterat Boeckingius servare quod scriptum est* sirenae. *medio autem quod dicitur aevo haec nominis forma pervulgatissima erat constanti paene usu.* ‖ rationis *ferri potest, quamquam melius esset* rationali *vel* rationale. ‖ quot tantum *A.* ‖ 7. fabulae: *sequitur index capitulorum* (Incpt capł monstruorum *et in fine* finiunt capitula monstruorum) *in A.* ‖ primo: *hinc incipit* (praefatio?) *B.* ‖ 8. discreto *A.* ‖ 9. quondam *B.* ‖ 10. quia *B:* quae *A.* ‖ generi *corr A.* ‖ terrarum *B:* terra *A.* ‖ 11. alstris *B.* ‖ producentur *A.* ‖ 13. prora torqueatur *B.* ‖ turbidine *A,* turbide *B.* ‖ ac totius giri *AB.* ‖ 14. loco *om A.* ‖ 15. uertunt *A.* ‖ 16. I De utriusque sexus hominum (homine *in indice*) *A,* I De quodam homine utriusque sexus *B?* ‖ enim *obscurata causae significatione transitum ad nova facit* I 6. 10. 17. 54 II 11. 32 III 23, *similiterque* namque III 4. 20. 25. *ita Gregorium Turonensem* nam *particula uti Haasius ostendit in libro eius de cursu stellarum p.* 32. ‖ in pridio operis *B,* in primo hominis *A.* ‖ cognosse *B.* ‖ 17. tamen *B:* tantum *A.* ‖ 18. opera dilexit *B.* ‖ ignoras *A.* ‖ 19. hoc *B:* hae *pr A,* haec *corr A.* ‖ 20. contingisse *B,* contiguisse *A.* ‖ 21. II De huncglaco magno *A,* II De Getarum rege Huiglauco mirae magnitudinis *B?* ‖ Et sunt mirae *B.* ‖ huiglaucus *B,* huncglacus *A.* ‖ qui *B:* quae enim *A.* ‖ 22. getis *B:* gentes *A.* ‖ aetatis *om B.* ‖ 23. reni *A,* reno *B.* ‖ in oceano *A.* ‖ 24. longinquo *B.* ‖ ostendentur *A.* ‖

4. Et ut Colossus, qui mole vastissima monstrorum ad instar maritimorum cunctos homines excrevit. quem unda Thybridis vulneratum cooperire non valuit, in quem se dolore marcescens moriturum iactavit, et ab ipso usque ad Tyrrheni maris terminum per xviii milia passuum aquam tanto sanguine conmixtam reddidisse fertur ut totus fluvius de vulneribus eius manare videretur. post quem Romani pene per totum orbem terrarum auditum opus erexerunt statuam procerissimae magnitudinis, quae c et viii pedes altitudinis habet et prope omnia Romae urbis opera miro rumore praecellit.

5. Et quosdam immensa corporum magnitudine et bellicosissimos fuisse legimus qui in ambis manibus digitos sex et singulis habuerunt pedibus, mente tamen rationabiles erant et quatuor tantum augmento digitorum a ceteris discrepuerunt hominibus.

6. Fauni enim silvicolae, qui sic a fando nuncupati sunt, a capite usque ad umbilicum hominis speciem habent, capita autem curvata naribus cornua dissimulant et inferior pars duorum pedum et femorum in caprarum forma depingitur. quos poeta Lucanus secundum opinionem Graecorum ad Orphei lyram cum innumerosis ferarum generibus cantu deductos cecinit.

7. Sirenae sunt marinae puellae quae navigantes pulcherrima forma et cantus decipiunt dulcitudine, et a capite usque ad umbilicum sunt corpore virginali et humano generi simillimae, squamosas tamen piscium caudas habent, quibus in gurgite semper latent.

1. iii De colosio *A*, iii Item Colotius molis vastissimae *B?* ‖ colosius *AB*. ‖ maritinorum *A*. ‖ 2. tibridis *B*, tyberidis *A*. ‖ nonaluit *B*. ‖ 3. quam *A*. ‖ dolere *A*. ‖ iæctauit *B*. ‖ 4. treni *A*, terreni *B*. ‖ per *om B*. ‖ xiii *B*. ‖ aqua *A*. ‖ conmixtum *A*. ‖ 5. ut *B:* et *A*. ‖ manuere *A*. ‖ uidebatur *AB*. ‖ 6. post quam *A*, Postquam *B*, *in quo hinc novum capitulum incipit*, iv De statua procerissima *B?* ‖ auditum est hoopus *A*, inauditum opus *B*. ‖ 7. centum et septem *B*. *colosso Neronis, ad quem fabulosa narratio pertinere videtur, centum et viginti pedes tribuit Suetonius Ner.* 31: *apud Plinium nat. hist.* xxxiiii 7 (18) *numerus depravatus est*. ‖ 8. procellit *A*. ‖ 9. iiii De his qui in ambas manus digitos sex *A*, v De quibusdam hominibus viginti quatuor digitos habentibus *B?* ‖ immensa *om A*. ‖ bellicosas *B*. ‖ 10. ambis *uterque liber*. ‖ sex digitos *B*. ‖ et singulos habuerunt pedibus *B*, et singulis manibus habuerunt *A* ‖ 11. tamen *B:* tantum *A*. ‖ 12. disceruerunt *A*. ‖ 13. v De fauni *A*, vi Fauni. Fauni (Faoni *pr B*) de veteribus pastoribus fuerunt in principio mundi, qui habitaverunt in locis super quae constructa est Roma (*conf. Verg. Aen.* viii 314), et poetae cantica de ipsis cecinerunt. Fauni nascuntur de vermibus natis (nutis *B*) inter lignum et corticem (corticum *B*) et postremo procedunt ad terram et suscipiunt alas et eas amittunt postmodum et efficiuntur homines silvestres, et plurima cantica de eis poetae cecinerunt. Fauni silvicolae homines qui *etc. B*. ‖ silviculę *A*. *conf. Verg. Aen.* x 551. ‖ sicut *B*. ‖ 14. homines *A*. ‖ capita autem *B:* caput hoc *A*. ‖ 15. peduum *A*. ‖ forma *B:* pedibus *A*. ‖ 17. deductus *A*. ‖ vii De Orpheo. Orpheus citharista erat aeneae (Aenius *conicit Bergerus*) et quintus citharista in Graecia. postmodum Eurydice (erudita *B*), uxor ipsius, a serpente percussa mortua erat, et paene insanus factus est et in silvis lyram percutiebat et bestiae ad audiendum lyram (lira *B*) ipsius veniebant *B*. ‖ 18. vi De sirenis *A*, viii Sirenae *B?* ‖ Serene *B*. ‖ qui *B*. ‖ cantu dicipiunt dulcitudinis *A*, cantu mulcidinis decipiunt *B*. ‖ 19. usque *A:* et usque *B*. ‖ sunt *om B*. ‖ 20. scamosas tantum *A*. ‖ 21. semper in gurgite *B*. ‖

8. Hippocentauri equorum et hominum habent conmixtam naturam et more ferarum sunt capite setoso, set ex parte aliqua humanae normae simillimo, quo possunt incipere loqui, set insueta labia humanae loquutioni nullam in verba vocem distinguunt.

9. Et quendam hominem in Asia natum ab humanis parentibus monstrosa conmixtione didicimus qui pedibus et ventre fuit genitori conpar, set tamen duo pectora et quatuor manus et bina capita habuit, et ad ipsius mirationem multos rumorosa contrahebat opinio.

10. Sunt enim Aethiopes toto corpore nigri, sol quos flagrans nimio ardore semper adurit, quod sub tertio zonarum ferventissimo et torrido mundi circulo demorantur, et a vapore ardentissimorum siderum terrarum defenduntur latebris. et sic e contrario prae frigore nivali genus quoddam humanum Rhipaeis montibus vicinum in hieme terris defossum legimus, ubi nives sub gelido septentrionis arcto in VII ulnas consurgunt.

11. Onocentauri corpora hominum rationabilium habere videntur usque ad umbilicum et inferior pars corporis in onagrorum setosa turpitudine describitur: quos sic diversorum generum varia naturaliter coniungit natura.

12. Et fuit quoddam hominum genus in Sicilia, ubi Aetnae montis incendium legitur, qui unum oculum sub asperrima fronte clipei latitudinis habuerunt

1. VII De hipocentauris *A*, IX Hippocentauri *B?* ‖ Ypocentauri *A*, Epocentauri *B*. ‖ æquorum *A*. ‖ commixtam naturam habent *B*. ‖ 2. humano *A*. ‖ 3. possem *B*. ‖ 3. 4. uocem in uerba *B*. ‖ 4. distingunt *A*. ‖ *probabiliter Bergerus putat obversatum esse scriptori quod Hieronymus narrat in vita Pauli eremitae* (t. I. p. 315 *ed. a.* 1578), conspicit hominem equo mixtum, cui opinio poetarum hippocentauro vocabulum indidit. quo viso salutaris impressione signi armat frontem et 'heus tu' inquit, 'quanam in parte hic servus dei habitat?' at ille barbarum nescio quid infrendens et frangens potius verba quam proloquens inter horrentia ora senis blandum quaesivit alloquium et dextrae protensione manus cupitum indicat iter, et sic patentes campos volucri transmittens fuga ex oculis mirantis evanuit. ‖ 5. VIII De homine duplici *A*, X De quodam homine duplici qui commixtione monstrosa duo corpora superne habuit *B?* ‖ commixtione monstrosa *B*. ‖ 6. uentri *A*. ‖ set tantum *A*. ‖ 7. *primum* et *om A*. ‖ *Augustinus de civ. dei* XVI 8, *commemoratus a Bergero*, ante annos aliquot, nostra certe memoria, in Oriente duplex homo natus est superioribus membris, inferioribus simplex. nam duo erant capita, quattuor manus, venter autem unus et pedes duo sicut uni homini. et tamdiu vixit ut multos ad eum videndum fama contraheret. ‖ 9. VIIII De ethiopibus *A*, XI Aethiopes et genus quoddam Riphaeis montibus vicinum *B?* ‖ enim *om B*. ‖ quas (ua *a corr*) sol *A*. ‖ 10. quod *A*: quia *B*. ‖ sub quatuor aronarum feruentissimus *B*. ‖ et horrendo *A*. ‖ 11. demonstrantur *A*. ‖ 12. et *om B*. ‖ pro *AB*. ‖ ripheis *B*, ripis *A*. ‖ 13. in cheme *B*. ‖ defensum *AB*: *Verg. georg.* III 376 ipsi in defossis specubus secura sub alta Otia agunt terra. ‖ 14. in quatuor ulnas *B*, in ulnas *A*: *Verg. georg.* III 354 sed iacet aggeribus niveis informis et alto Terra gelu late septemque adsurgit in ulnas. ‖ 15. X De onocentauris *A*, XII Onocentauri *B?* ‖ *onocentauros commemorat Isaias* 34 14 *indeque Isidorus orig.* XI 3 39. ‖ rationabilia *AB*. ‖ 16. in onagrorum *B*: monstrorum *A*. ‖ 18. XI De ciclopibus *A*, XIII Cyclopes *B?* ‖ humanum *B*. ‖ ethnae *B*, athaenę *A*. ‖ 19. asperissima *A*. ‖ *Verg. Aen.* III 635 lumen — Ingens, quod torva solum sub fronte latebat Argolici clipei aut Phoebeae lampadis instar. ‖

et cyclopes dicebantur et procerissimarum arborum altitudinem excedebant et humano sanguine vescebantur. quorum quidam in suo antro resupinus una manu duos viros tenuisse et crudos manducasse legitur.

13. Et puellam quandam in occiduis Europae litoribus necdum turgentibus mammis repertam didicimus, quam undae gurgitum ab Oceano terris advexerunt, cuius magnitudinem L pedibus designabant. erat enim ipsius corporis longitudo L pedum et inter humeros VII latitudinis habuit. purpureo induta pallio, virgis alligata et in caput occisa pervenerat.

14. Scylla monstrum nautis inimicissimum in eo freto quod Italiam et Siciliam interluit fuisse perhibetur, capite quidem et pectore virginali sicut sirenae, set luporum uterum et caudas delfinorum habuit. et hoc sirenarum et Scyllae disiungit naturam quod ipsae mortifero carmine navigantes decipiunt et illa per vim fortitudinis marinis succincta canibus miserorum fertur lacerasse naufragia.

15. Et in India iuxta Oceanum pilosum toto corpore quoddam genus hominum didicimus, qui in naturali nuditate setis tantum more ferino contecti crudis cum aqua piscibus ita vivere dicuntur. quos Indi ichthyophagos appel-

1. arborum: *Verg. Aen.* III 679 quales cum vertice celso Aeriae quercus aut coniferae cyparissi Constiterunt. ‖ exercebant *A.* ‖ 2. *Verg. Aen.* III 621 visceribus miserorum et sanguine vescitur atro. ‖ in suo *A:* sub *B.* ‖ resopinus *B.* ‖ 3. duo *B.* ‖ tenuisset et *A.* ‖ mandicasse *A.* ‖ *Verg. Aen.* III 623 vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro Prensa manu magna medio resupinus in antro Frangeret ad saxum sanieque adspersa natarent Limina, vidi atro cum membra fluentia tabo Manderet et tepidi tremerent sub dentibus artus. ‖ legitur. ueniens autem Vlixes ab expugnatione Troiae inuenit unum ab his in quadam spelunca in Sicilia cum suis capris. de familia huius (*deest numerus*) una manu tenuit et deuorauit et postea dormiuit. et Vlixes magnum burcellum (*fortasse* burdellum *vel* burdillum *i. e. fustem*) iecit in oculum eius *B.* ‖ XII De ercule (XIV De Hercule *B?*). Quis Herculis (erculus *A*) fortitudinem et arma non miraretur, qui in occiduis Tyrrheni (treni *A*) maris faucibus columnas mirae magnitudinis ad humani (humanae *B*) generis spectaculum erexit, quique (qui *A*) bellorum suorum tropaea (tropea *B*, trophea *A*) in Oriente iuxta Oceanum Indicum ad posteritatis memoriam construxit, et postquam pene totum orbem cum bellis peragrasset et terram (terrarum *A*) tanto sanguine maculasset (maculent *A*, maculauit *B*) sese moriturum (mortuum *B*) flammis ad deuorandum inuoluit *AB.* ‖ XV De Scylla. Scylla, Phorci (furti *B*) filia et Crataeidis (cretidis *B*) nymphae, amauit Glaucum. et Glaucus aliam habuit nomine Circen, Solis filiam. et haec Circe (circes *B*) Scyllam transfigurauit in formam hominis et canis et delfinis simul, causa uiri sui. et illa bestia inter Italiam et Siciliam fuit, ut gentiles aiunt, quae deuorabat nautas, ut dictum est in Virgilio *B.* ‖ 4. XIII De ingenti puella *A*, XVI De quadam puella procerissimi corporis *B?* ‖ Et puellam quondam *A*, Item quandam puellam *B.* ‖ eurupe *A.* ‖ torquentibus *B.* ‖ 5. indicimus *A.* ‖ 6. magnitudine *A.* ‖ L pedibus *Bergerus:* lapidibus *AB.* ‖ magnitudo *A.* ‖ 7. VII *B:* IIIIor uel VII *A.* ‖ purporeo *A.* ‖ 9. XIIII De scilla *A*, XVII Iterum de Scylla *B?* ‖ fretu *B.* ‖ 10. fuisse *B:* fons esse *A.* ‖ pectora *A.* ‖ sirinę *A*, serenae *B.* ‖ *Verg. Aen.* III 425 prima hominis facies et pulchro pectore virgo Pube tenus, postrema inmani corpore pistrix, Delphinum caudas utero conmissa luporum. ‖ 11. hac sirinarum *A.* ‖ 13. marinis succinta *B:* in armis succincta *A.* ‖ carnibus *A.* ‖ 14. XV De hominibus setosis *A*, XVIII Ichthyophagi *B?* ‖ totum *A.* ‖ quoddam *om B.* ‖ humanum *B.* ‖ 15. contenti *B.* ‖ 16. indii *A.* ‖ hictifanos *pr A*, ictifanos *corr A*, ictifaos *B.* ‖

lant. qui non terris tantum set fluminibus ac stagnis et iuxta amnem Epigmaridem maxime demorantur.

16. Cynocephali quoque in India nasci perhibentur, quorum sunt canina capita, et omne verbum quod loquuntur intermixtis corrumpunt latratibus, et non homines crudam carnem manducando set ipsas imitantur bestias.

17. Et ferunt genus esse hominum quos appellant Graeci sciapodas eo quod se ab ardore solis pedum umbra iacentes resupini defendunt. sunt enim celerrimae naturae. singula tantum in pedibus crura habent et eorum genua inflexibili durescunt conpagine.

18. Sunt homines in Oriente in cuiusdam eremi vasta solitudine morantes qui, ut perhibent, barbam usque ad genua pertingentem habent et crudo pisce et aquarum sunt haustu viventes.

19. Et in his incredibilibus quoddam genus utriusque sexus describitur, qui dexteram mammam virilem pro exercendis operibus et ad fetus nutriendos sinistram habent muliebrem. quos inter se vicibus coeundo ferunt alternis generare.

20. Quidam quoque homines Brixonti Niloque fluminibus vicini corpora miri candoris habentes XII pedum altitudinem habentia facie quidem bipertita et naso longo et macilenti corpore describuntur.

1. tantum terris *B.* ‖ ac *A:* et *B.* ‖ iutaepiginaridem *A.* *a Plinio* VI 28 (32) *memorantur* gentes Epimaranitae, mox ichthyophagi. *reliqua desumpta sunt ex epistula Alexandri ad Aristotelem p.* 40 *ed. Paulini, ubi haec leguntur,* primo deinde aurorae diluculo in alias Indiae profecti regiones in campo patenti mulieres virosque pilosos in modum ferarum toto corpore vidimus, pedum altos novenorum, sine veste et nudos. hos Indi ichthyophagos appellant. hi assueti fluminibus magis quam terris erant, crudo pisce et aquarum haustu vivebant. ‖ 3. XVI De cenocephalis *A,* XIX Cynocephali *B?* ‖ Cinocefali *B,* Cenocephali *A.* ‖ 4. loquentur *A.* ‖ 5. emitantur *A.* ‖ *Augustinus de civ. dei* XVI 8 quid dicam de cynocephalis, quorum canina capita atque ipse latratus magis bestias quam homines confitentur? *post ichthyophagos commemorat cynocephalos epistula Alexandri p.* 41. ‖ 6. XVII De scinopodis *A,* XX Sciapodes *B?* ‖ quos appellant greci scinopodos *A,* quos graeci scinopodas appellant *B.* ‖ 7. resopini *B.* ‖ enim *om B.* ‖ 8. habent in pedibus crura *B.* ‖ inflexibile *A.* ‖ 9. compagine durescunt *B.* ‖ *Augustinus de civ. dei* XVI 8 item ferunt esse gentem ubi singula crura in pedibus habent, nec poplitem flectunt, et sunt mirabilis celeritatis: quos sciapodas vocant, quod per aestum in terra iacentes resupini umbra se pedum protegant. ‖ 10. XVIII De barbosis hominibus *A,* XXI Homines barbam usque ad genua pertingentem habentes *B?* ‖ heremi *AB.* ‖ vasta *om B.* ‖ latitudine *A.* ‖ 11. ut *om A.* ‖ barba *A.* ‖ pertengentem *B.* ‖ crudos pisces *A.* ‖ 12. austu *A.* ‖ 13. XVIIII De conmixto sexus *A,* XXII Androgynae *B?* ‖ quodam *A.* ‖ genus est *A.* ‖ utriusque sexus *om B.* ‖ discribitur *A,* scribitur *B.* ‖ 14. et ad *A:* ad ad *B?* ‖ *Augustinus de civ. dei* XVI 8 quibusdam utriusque sexus esse naturam, et dextram mammam virilem, sinistram muliebrem, vicibusque alternis coeundo et gignere et parere. ‖ 17. XX De magnis hominibus brixontis *A,* XXIII De quibusdam Nili Brixontisque fluminum uicinis *B?* ‖ homines *om B.* ‖ brixonti in niloque fluminibus *A,* nili brixontisque fluminis *B.* ‖ *Brixontis fluvii mentio fit etiam* I 24. 33 II 3. 31. ‖ 18. faci ē *A,* faciae *B.* ‖ bipartita *B.* ‖ 19. macellenti *A,* macies lenti *B.* ‖ discribuntur *B.* ‖

21. Et sunt homines quos Graecorum historiae ora non habere perhibent ut ceterum genus humanum, et nullis eos cibis vesci, set per nares halitu tantummodo vivere testantur.

22. Mulieres, ut ferunt, iuxta montem Armeniae nascuntur pellibus indutae, barbam usque ad mammas habentes prolixam, quae dum venatrices sunt sibi tigres et leopardos et rapida ferarum genera pro canibus nutriunt.

23. Et quoddam invisum genus hominum in antris et concavis montium latebris nasci perhibetur, qui sunt statura cubitales et, ut testantur, adversum grues in tempore messis bellum coniungunt ne eorum sata diripiant. quos Graeci a cubito pygmaeos vocant.

24. Sunt quoque homines in insula Brixontis fluvii qui absque capitibus nascuntur, quos epistigos Graeci vocant, et VII pedum altitudinis sunt et tota in pectore capitis officia gerunt, nisi quod oculos in humeris habere videntur.

25. Et quendam hominem fideli historia lunatas habuisse plantas duorum non amplius digitorum conperimus, cuius quoque manus in huius normae mensuram editae describuntur.

26. In Oriente quoque iuxta Oceanum formosum genus hominum legimus et hanc causam amoenitatis eorum esse adserunt quod crudam carnem et mel purum manducant.

27. Est et aliud hominum genus qui angustissimam metam terminandi vitam habere dicuntur. quorum feminae quinquennes concipiunt et amplius quam ad annum octavum vitam non producunt.

1. XXI De his qui tantum uiuunt *A*, XXIV Astomi *B?* ‖ storiae hora *A*. ‖ perhibentur *A*. ‖ 2. nullis *A:* mellis *B*. ‖ set *om B*. ‖ alitantum modo *A*. ‖ *Augustinus de civ. dei* XVI 8 aliis ora non esse eosque per nares tantummodo halitu vivere. ‖ 4. XXII De barbosis mulieribus *A*, XXV Mulieres barbatae *B?* ‖ armoenię *A*. ‖ 5. prolixam habentes qui sibi dum *B*. ‖ sibi sunt *A*, sunt *B*. ‖ 6. tygris *A*. ‖ 7. XXIII De pigmeis *A*, XXVI Pygmaei *B?* ‖ humanum *B*. ‖ 8. perhibentur *AB*. ‖ qui sunt *A:* quis *B*. ‖ 9. deripiant *A*. ‖ 10. grece *A*. ‖ cubitu *AB*. ‖ *ad* pigmeos *supra adscriptum* cubitales *B*. ‖ *Augustinus de civ. dei* XVI 8 alios statura esse cubitales, quos pygmaeos a cubito Graeci vocant. ‖ 11. XXIIII De epistigos (epistigis *in indice*) *A*, XXVII Acephali *B?* ‖ fluui *A*. ‖ 12. epistigos *A*, epifugos *B*. *latentne* ἐπιστήθιοι? *coniuncta sunt autem quae Isidorus orig.* XI 3 17, *Plinium nat. hist.* VII 2 *secutus, ita distinguit*, Blemmyas in Libya credunt truncos sine capite nasci et os et oculos habere in pectore. alios sine cervicibus gigni, oculos habentes in humeris. ‖ tota *B:* tanta *A*. ‖ 13. efficia *A*. ‖ uidentur *A*, dicuntur *B*. ‖ 14. XXV De his qui habent plantas lunatas *A*, XXVIII De homine cui lunatae erant plantae *B?* ‖ fideli historia: *Augustini de civ. dei* XVI 8, apud Hipponem Diarrhytum est homo quasi lunatas habens plantas et in eis binos tantummodo digitos, similes et manus. ‖ 16. aedite discribuntur *AB*. ‖ 17. XXVI De his qui crudam carnem manducant *A*, XXIX De quodam humano genere formoso *B?* ‖ humanum *B*. ‖ 19. purissimum *B*. ‖ 20. XXVII De feminis (quae *addit index*) quinquennes concipiunt *A*, XXX Oligochronii *B?* ‖ Est aliud genus humanum *B*. ‖ metam tantum in ambiguitate habere *A*. ‖ 22. produc nt *B*. ‖ *Plinius nat. hist.* VII 2 (2) Duris — in Calingis, eiusdem Indiae gente, quinquennis concipere feminas, octavum vitae annum non excedere. ‖

28. Sunt mulieres, ut ferunt, speciosae rubro mari cohaerentes quarum corpora marmoreo nitore fulgent, quae xii pedes altitudinis et crines usque ad talos defluentes, caudas boum in lateribus, et camelorum pedes habent.

29. Et dicunt esse gentem ab humana natura hoc modo discrepantem. fiunt enim integris corporibus, set plantae retro curvatae officio capitis contrariae videntur. quorum hoc ignorantes vestigia fallunt.

30. In quodam quoque deserto montes ignei leguntur, in quibus nascuntur homines toto corpore nigri sicut Aethiopes. quorum nos quendam vidimus carbonea nigritudine, dentibus et oculis tantummodo et unguibus nitentem.

31. Erat monstrum quoddam in Arcadia Cacus nomine in antro fluminis Tiberini, flammas de pectore evomens et toto corpore setosus, qui quatuor tauros furto et totidem vaccas abduxit armentario et eos per vim fortitudinis retrorsum, ne investigarentur, caudis traxit in antrum.

32. Et ferunt monstrum aliut in quodam loco iuxta Oceanum fuisse, quod ut barcam adlabi undis de litore cernebat et nautas haesitantes ad terram venire visu eius territos, in medio rapiebat gurgite et navem cum hominibus in terram deposuit aridam.

33. Hominum quoque genus inmensis corporibus Brixontis fluminis ab oriente nascitur, corpore nigri, et xviii pedes altitudinis accipiunt et, ut ferunt, homines cum conprehenderunt crudos manducant.

34. Et dicunt monstra esse in paludibus cum tribus capitibus humanis et sub profundissimis stagnis sicut nymphas habitare fabulantur. quod credere profanum est, ut non illuc fluant gurgites quo inmane monstrum ingreditur.

1. xxviii De monstruosis mulieribus *A*, xxxi Mulieres formae triplicis *B?* ‖ quorum *A*. ‖ 2. qui *B*. ‖ 3. defulgentes *A*. ‖ camellorum *B*. ‖ 4. xxviiii De plantis retrocuruatis *A*, xxxii Gens cui plantae retro curuatae *B?* ‖ statura *B*. ‖ 5. in integris *B*. ‖ 6. hoc *B*: hęc *A*. ‖ *Plinius nat. hist.* vii 2 (2) in monte cui nomen est Nulo homines esse aversos plantis, octonos digitos in singulis habentes, auctor est Megasthenes. *conf. Isid. orig.* xi 3 24. ‖ 7. xxx De montibus igneis *A*, xxxiii Montium igneorum incolae *B?* ‖ homines in quibus nascuntur *B*. ‖ 10. xxxi De cato arcadie *A*, xxxiv De Caco *B?* ‖ in Arcadia: *Vergilius Aen.* viii 51 Arcades his oris, genus a Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti, Delegere locum et posuere in montibus urbem Pallantis proavi de nomine Pallanteum. ‖ caccus nom̄ *A*, nomine cacus *B*. ‖ 11. vomens *B*. *Verg. v.* 198 illius (*Vulcani*) atros Ore vomens ignis magna se mole ferebat; *v.* 252 faucibus ingentem fumum, mirabile dictu, Evomit. ‖ corpore *A*: pectore *B*. *Verg. v.* 266 villosaque saetis pectora: *sed praecessit modo* pectore. ‖ 12. armento *A*: *Verg. v.* 207 a stabulis. *Cangius ex glossario Gallico haec adfert,* 'armentarium *un monceau de grousses bestes, comme buefs.*' ‖ 13. extraxit *A*. ‖ 14. xxxii De quodam inmani monstro *A*, xxxv De quodam monstro nautis inimico *B?* ‖ 15. barbam *A*. *ad* barcam *supra adscriptum* navem *B*. ‖ adlui *A*. ‖ 16. in terram *om B*. ‖ 17. disposuit aridam *A*, aridam deposuit *B*. ‖ 18. xxxiii De his qui manducant homines *A*, xxxvi De hominibus nigris immensis et anthropophagis *B?* ‖ Brixontis fluminis *om B*. ‖ 19. nascuntur *B*. ‖ capiunt *B*. ‖ 20. cum *om B*. ‖ conprehenderant *A*, comprehendunt *B*. ‖ 21. xxxiiii De ipsis qui tria capita habent *A*, xxxvii De quibusdam monstris immanibus in stagnis *B?* ‖ dicuntur *B*. ‖ humanis capitibus *B*. ‖ 22. famulantur *B*. ‖

35. Proteus quoque caeruleo corpore bipedum equorum curru per aequora nudus vehi perhibetur et super omne piscium genus principatum habuisse et in omnium rerum formas se vertere potuisse describitur.

36. Et quaedam insula in orientalibus orbis terrarum partibus esse dicitur in qua nascuntur homines rationabili statura, nisi quod eorum oculi sicut lucernae lucent.

37. Fuit quidam homo mirabilis quem Midam appellaverunt, qui, ut fabulae fingunt, omnia quae tetigerat in aurum vertebat. quod nemo nisi veritatem spernens credit.

38. Gorgones quoque in monstruosa mulierum natura tres, quae dicebantur Stheno Euryale Medusa, iuxta montem Atlantem fuisse in finibus Libyae describuntur, quae suo visu homines in lapides convertebant. quarum unam Perseus scuto vitreo defensus interfecit, quae absciso capite suos oculos vertisse fertur ut viva.

39. Argus multos numerosae oculos visionis habuisse describitur. quem nihil latere omnino potuisse dicunt, quia, ut fingitur, quibusdam oculis semper vigilavit.

40. Est gens aliqua conmixtae naturae in rubri maris insula quam linguas omnium nationum loqui posse testantur, et ideo homines de longinco venien-

1. xxxv De protheo *A*, xxxviii De Proteo *B?* ‖ Protheus *AB*. ‖ corpore *A:* colore *B*. ‖ cursu *B: Verg. georg.* iiii 388 caeruleus Proteus, magnum qui piscibus aequor Et iunctum bipedum curru metitur equorum. ‖ 2. vehi *post* cursu *B*. ‖ omnem *A*. ‖ *Verg. v.* 394 Neptuno — inmania cuius Armenta et turpis pascit sub gurgite phocas. ‖ 3. se verti *AB*. ‖ *Verg. v.* 441 omnia transformat sese in miracula rerum. ‖ 4. xxxvi De his quorum oculi uelut lucerna lucent *A*, xxxix Homines quorum oculi sicut lucernae lucent *B?* ‖ 5. lucerna *A*. ‖ xxxvii De fabulani proserpine. Fabulani (*sic*) Proserpinae (-ne *A*) quam rapuit Aidoneus (idoneus *A*) id est Orcus, rex Molossorum (molosorum *A*), cuius canis ingentis magnitudinis Cerberus nomine Pirithoum (protheum *A*) deuorauit, quod ad raptum (raptam *A*) uxoris eius cum Theseo (theodosio *A*) venerat, quem et ipsum iam in mortis periculo constitutum aduenieus Hercules (herculus *A*) liberauit et ob id quasi ab inferis receptus dicitur *A*. *mirum est haec paene congruere cum eis quae Eustathius ad Dionysii v.* 423 *adscripsit,* καθὰ καὶ Ἀϊδωνεὺς βασιλεὺς μὲν ἦν, ὡς οἱ ἀκριβέστεροί φασιν, Ἠπείρου τῆς ἐν Μολοττοῖς, πρὸς ὃν καὶ Πειρίθους ἦλθε καὶ Θησεὺς διὰ Περσεφόνην, ἀλλὰ δὴ καὶ ὁ Ἡρακλῆς διὰ τὸν Κέρβερον κύνα πολλοῦ ἄξιον. ‖ 7. xxxviii (xl *B*) De mida *AB*. ‖ mirabilis *A:* rationabilis naturae *B*. ‖ 9. credidit *A*. ‖ *Midae fabula sumpta esse potest ex metamorphoseon undecimo.* ‖ 10. xxxviiii De gorgones (gorgonibus *in indice*) *A*, xli De gorgonibus *B?* ‖ Gurgones *pr B*, Gargones *corr B*. ‖ quoque *om B*. ‖ monstrosa *B*. ‖ qui *A*. ‖ 11. stenno eurale *B*, strenue iuridice *A*. ‖ medosa *A*. ‖ athlantem *AB*. ‖ in *B:* et in *A*. ‖ describantur *A*. ‖ 12. qui *B*. ‖ conuertebant in lapides *B*. ‖ 13. uetereo *B*. ‖ interficit *A*. ‖ abscisso *A*. ‖ capite suo (suos *corr*) *A*, suo capite ita *B*. ‖ uersisse *A*. ‖ 14. uiua quem habere describitur *B: conf. mox v.* 15. ‖ *sumpta narratio esse videtur ex scholio ad Aen.* vi 289 *adscripto*. ‖ 15. xl De are *A*, xlii Argus *B?* ‖ Ar *A*, Ar̃ *B*. ‖ oculos numerosae *B*. ‖ habuisse describitur quem *om B*. ‖ 16. quibus *A*. ‖ *conf. Ovidii metam.* i 625. ‖ 18. xli De his qui omnium linguam loquuntur *A*, xliii De gente aliqua linguas omnium nationum loquente *B?* ‖ 19. longinquo *A*. ‖

tes eorum cognitos nominando adtonitos faciunt, ut decipiant et crudos devorent.

41. Innumerosa quoque monstra in Circaeae fuisse terrae finibus leguntur, leones et ursi, apri quoque ac lupi, qui cetero corpore in ferarum natura manente hominum facies habuerunt.

42. Et dicunt, quod dici nefandum est, monstrum quoddam nocturnum fuisse quod semper noctu per umbram caeli et terrae volabat homines in urbibus horribili stridore territans, et quot plumas in corpore habuit, tot oculos, totidem aures et ora. semper quoque sine requie et somno fuisse describitur.

43. Nascuntur homines in orientalibus plagis qui, ut fabulae ferunt, xv pedes altitudinis capiunt et corpora marmorei candoris habent et vannosas aures, quibus se substernunt noctu et cooperiunt, et hominem cum viderint erectis auribus per deserta vastissima fugiunt.

44. Legitur quod harpyiae quaedam monstra in Strophadibus insulis maris Ionii fuissent in forma volucrum, facie tamen virginali, quae hominum linguas loqui potuerunt et rabida fame semper insaturabiles erant et cibum uncis pedibus de manu manducantium traxerunt.

45. Eumenides quoque quasdam mulieres vana historia depromit, quae vipereum crinem habuerunt sanguineis vittis innexum, quo caerulei angues per vesanam discordiam scatebant. quarum ferrei thalami aput inferos incredibilibus finguntur fabulis.

46. Item satyri et incubones silvestres homines dicuntur, quorum pars summa humano corpori simillima et inferior cum ferarum formis ut faunorum depingitur.

1. atonitos *B.* ‖ decipiunt *A.* ‖ deuorant *A.* ‖ *narrationi subesse Bergerus putat ea quae de hyaenis et crocottis narrantur, veluti a Plinio nat. hist.* VIII 31. ‖ 3. XLII De monstro in circię *A,* XLIV De monstris Circaeae terrae *B?* ‖ Numerosa *A.* ‖ circiae fuisse terrae finibus *A,* circie terrae finibus fuisse *B: Verg. Aen.* VII 10 proxima Circaeae raduntur litora terrae. ‖ 5. habuerant *B.* ‖ *sumpta sunt omnia a Vergilio.* ‖ 6. XLIII De monstro nocturno *A,* XLV De monstro quodam nocturno *B?* ‖ 8. terrens *A: Verg. Aen.* IIII 187 magnas territat urbes. *nam tota illa Vergiliana Famae descriptio in monstrorum enumerationem stulte relata est.* ‖ quod *A.* ‖ 10. XLIIII De inmensis hominibus *A,* XLVI Monstrosi homines in orientalibus plagis qui auribus se substernunt et cooperiunt *B?* ‖ ferunt *A:* fingunt *B.* ‖ altitudinis pedes *B.* ‖ 11. vanosas *A.* ὠτολίκνους *Scylacem secutus describit Tzetzes chil.* VII 629 *ss. Latini scriptoris qui fabulosi populi aures cum vannis conparaverit non recordamur.* ‖ 14. XLV De arpitis *A,* XLVII De Harpyis *B?* ‖ arpie *AB.* ‖ stropadibus *A.* ‖ maris iunii *A,* ionii maris *B.* ‖ 15. facie tantum *AB.* ‖ linguis *B.* ‖ 16. rabida *Bergerus:* rapida *AB.* ‖ insaturabilis *A.* ‖ 17. mandicantium *A.* ‖ *omnia sumpta sunt ex Vergilii Aen.* III 210 *ss.* ‖ 18. XLVI De eumenides *A,* XLVIII De Eumenidibus *B?* ‖ uiperum *B: Verg. Aen.* VI 280 ferreique eumenidum thalami et Discordia demens Vipereum crinem vittis innexa cruentis. ‖ 19. innextum *A.* ‖ quo] quam *B,* quod *A.* ‖ 20. uesanam *A,* insaniam *B.* ‖ sactebant *B.* ‖ ferrei *om B.* ‖ 22. XLVII De saturis et incubones *A,* XLIX Satyri *B?* ‖ saturi *AB.* ‖ siluestri *B.* ‖ 23. et fanorum depingitur *A,* et faunorum depinguntur *B.* ‖

47. Et quoddam monstrum apud inferos esse scribitur, hoc est Tityos, quem Terrae alumnum dixerunt, cuius corpus per viiii iugera ibi porrectum extenditur.

48. Aegaeon quoque monstrum aliud vastissima mole et formae incredibilis fuisse narratur, qui habuit L capita et C manus et unoquoque ore ignem vomens crepitantes eructabat flammas et ad bellorum instrumenta L clipeos et totidem gladios portavit.

49. Ferunt fabulae Graecorum homines inmensis corporibus fuisse et in tanta mole tamen humano generi similes, nisi quod draconum caudas habuerunt, unde et Graece dracontopodes dicebantur.

50. Minotaurum autem illud deforme monstrum in isdem fabulosis Graecorum fictionibus depingam, qui taurinum caput habuit et inclusus labyrintho tam clamore quam mugitu ingemuisse describitur, quia domum illam Cretae egredi non potuit, quae mille parietibus intextum errorem habuit.

51. Erycis quoque bellorum instrumenta omnem modum humanum excedentia leguntur. non tamen monstrum, set homo monstrosa magnitudine fuit. cuius clipeum septem coria boum ferro ac plumbo consuta tegebant.

52. Et Tritonem capite humano, pectore semifero, et deorsum ab umbilico piscibus dixerunt similem, qui in Aegyptiorum mari Carpathio et circa oras Italiae visus fuisse describitur. et utrum a Tritone Libyae palude an palus ab illo hoc nomen inditum possideat ignoratur.

53. Ferunt et hominum genus esse sub orbe quos antipodas vocant, et secundum illam Graeci nominis interpretationem imum orbis fundum ad nostra vestigia sursum directis pedibus calcant.

1. XLVIII De ticione *A*, L De Tityo *B?* ‖ Et quod *A.* ‖ inscribitur *A.* ‖ hic *A.* ‖ titios *B*, ticius *A.* ‖ 2. alumnum terrae *B.* ‖ extenditur *A:* vultorio iecur in epulas praebet, quod absumptum die nocte in poenas renascitur. in Virgilio legitur *B. conf. Aen.* VI *595 ss.* ‖ 4. XLVIIII De egeone *A*, LI Aegaeon *B?* ‖ Egeon *AB.* ‖ vastissimum *B.* ‖ 5. abuit *A.* ‖ ignivomens *B.* ‖ 6. strumenta *B.* ‖ 7. et totidem *A:* totidemque *B.* ‖ portavit: *post hoc verbum* XLVIII *adscriptum in B.* ‖ *conf. Verg. Aen.* X *566 ss.* ‖ 8. L De dracontopedes *A*, LII Dracontopodes *B?* ‖ 9. tantum humani *A.* ‖ caudas draconum *B.* ‖ 10. dracontopedes *AB.* ‖ *haec sumpta e Rufini recognitionibus Clementinis* I *29*, exin nona generatione nascuntur gigantes illi qui a saeculo nominantur, non δρακοντόποδες, ut Graecorum fabulae ferunt, sed immensis corporibus editi; quorum adhuc ad indicium in non nullis locis ossa immensae magnitudinis ostenduntur. ‖ 11. LI (LIII *B*) De minotauro *AB.* ‖ Minataurum *B.* ‖ hisdem *AB.* ‖ fabulis grecorum fictis *A.* ‖ 12. depingunt? ‖ abuit *A.* ‖ inclusis *B.* ‖ labis into *A*, laber inteo *B.* ‖ 13. discribitur *A.* ‖ crete *B*, craete *A.* ‖ 14. quem ille *A.* ‖ *conf. Verg. Aen.* VI *25 et* V *588 ss.* ‖ 15. LII De erice *A*, LIV De Eryce *B?* ‖ Ericis *AB.* ‖ humana *A.* ‖ 16. tamen] tantum *A*, *om B.* ‖ 17. septem *A:* VIII *B. conf. Verg. Aen.* V 404. ‖ bovum *B.* ‖ consueta *B.* ‖ 18. LIII (LV *B*) De tritone *AB.* ‖ 19. in *om A.* ‖ egyptiuorum *A*, egitiorum *B.* ‖ carpatio *A*, carpaticio *B.* ‖ 20. discribitur *A.* ‖ 21. possedeat *A*, possidebat *B.* ‖ *Claudianus de nupt. Hon. et Mar.* 136 pelagi sub fluctibus ibat Carpathii Triton. ‖ 22. LIIII De antipodas *A*, LVI Antipodae *B?* ‖ esse *B:* .ē. *A.* ‖ 23. himum *A.* ‖ profundam *A.* ‖ 24. derectis *A.* ‖ *Isidorus orig.* IX 2 133 iam vero hi qui

54. Gigantes enim ipsos tam enormis alebat magnitudo ut eis omnia maria pedum gressibus transmeabilia fuisse perhibeatur. quorum ossa in litoribus et in latebris terrarum ad indicium vastae quantitatis eorum conperta saepe leguntur.

55. Scribunt et geminos Aloidas tam inmensae magnitudinis corporum fuisse ut caelum manibus adgressi essent destruere, ut Iovem prae flammea regnandi cupidine summo detruderent Olympo.

56. Orion autem talis fuisse confingitur ut omnia maria transire posset et profundissimi quamvis gurgitis undas superare humeris, et sic ornos aut ingentia robora de montibus evulsa radicitus traxit. ferunt eum iuga peragrasse montium et capite sublimia caeli nubila pulsasse.

57. Haec sunt inmania monstra de quibus me ventus tuae postulationis tundebat et ea quae de spumosis fabularum gurgitibus ad haec litora congessi. adhuc tamen innumerabilia sunt quae et in terris et in mari fuisse dixerunt. de quibus taediosum est plus scribere, velut id quod de inferis hominibus quodque de .... Daedalo Triptolemo Atlante Coeo Iapeto Typhoeo et ceteris quibusque turpissimis depromunt fabulis.

II.

1. Belua nuncupari potest quidquid in terris aut in gurgite in horrendi corporis ignota et metuenda reperitur forma. et sunt ferme innumerabilia marinarum genera beluarum, quae tam enormibus corporibus magnorum ad instar montium vastas undarum moles et deserta funditus contorquent pectoribus

antipodae dicuntur eo quod contrarii esse nostris vestigiis putantur, ut quasi sub terris positi adversa pedibus nostris calcent vestigia, nulla ratione credendum est *etc.* ‖ 1. LV De gigantes *A*, LVII Gigantes quibus omnia maria pedum gressibus transmeabilia *B?* ‖ ipsas *A*. ‖ inormis *AB*. ‖ 2. perhibetur *A*, perhibentur *B*. ‖ 3. terrarum latebris *B*. ‖ saepe comperta *B*. ‖ *quae de ossibus dicuntur sumpta videntur ex Rufini illis quae supra ad p*. 15, 10 *adscripsimus*. ‖ 5. LVI De alloidas *A*, LVIII De geminis Aloidibus *B?* ‖ geminus *A*. ‖ alloidas *AB*. ‖ immensa corporum magnitudinis *B*. ‖ 6. ut inter caelum *A*, ut ter caelum *B: Verg. Aen*. VI 582 hic et Aloidas geminos inmania vidi Corpora, qui manibus magnum rescindere caelum Adgressi superisque Iovem detrudere regnis. ‖ pro *B*, per *A*. ‖ segregandi *B*. ‖ 7. detraherent *A*. ‖ 8. LVII De orion *A*, LIX De Orione *B?* ‖ potuisset *AB*. ‖ 9. quam *A*. ‖ gurgites *B*. ‖ superasse *A*. ‖ et sique normas aut *A*, sicut ornos *B*: *conf. Verg. Aen*. X 766. ‖ 10. radicibus *A*. ‖ 11. capita *A*. ‖ nebula pulsisse *B*. ‖ 12. Epilogus *B?* ‖ Hae *A*. ‖ me uentus tuae postulationis tundebat *A*: me lationis tondebat *B*. ‖ 13. ea *A*: ea sunt *B*. ‖ 14. tamen *B*: tantum *A*. ‖ innumebilia *B*. ‖ quae et *A*: quae *B*. ‖ 15. scribere velle et id *AB*. ‖ de *om A*. ‖ 16. quotque *A*, quidque *B*. ‖ de tirrone moledilato treptolemo adlante coeto lupeto tiphoeo *A*, de tinore nilo dedalo treptolemo athlante ceto lupeto thiphoeo *B*. ‖ 17. quibus *A*. ‖ finit liber de monstruis incipit liber secundus de beluis *A*, *in quo sequitur index capitulorum* LV *cum hac subscriptione*, expliciunt capitula de marinis beluis. ‖ 19. I De marinis beluis *A in indice*, Praefatio *B?* ‖ quicquid *A*. ‖ orrendi *A*, oriendo *B*. ‖ 20. formae (forma *B*) sunt fermae *AB*. ‖ 21. inormibus *AB*. ‖ corporis *A*. ‖ magnarum uastas undarum moles ad instar montium *B*. ‖ 22. deseruta *A*, diluta *B*: *latet fortasse aliud quam* deserta. ‖

maria, dum cursus ad dulcia fluviorum freta dirigunt et spumosos natando gurgites magno perturbant murmure, et in illo vastissimorum agmine monstrorum, turgida dum caerula trudunt, auras marmoreis diverberant spumis et ita enormi membrorum mole agitata tenus litore aequora tremebundo gurgite verrunt ut non tam spectaculum intuentibus quam horrorem praebeant. de quibus iam tibi nihil scribendum putavi, quod et innumerabilia sunt et eorum cognitio longe ab humano genere velut horrendis undarum turribus et marino disiungitur muro. set tamen, ne lucernam verbi postulantis gurges neglegentiae demergat, de his pauca tibi sermo depromet beluis et horribilibus ignotarum formis bestiarum quae in fluminibus vel stagnis paludibusque sive in desertis orbis terrarum latebris fuisse quondam poetae ac philosophi aurato in suis sermone litteraturis inaniter depingunt.

2. Leonem, quem regem esse bestiarum ob metum eius et nimiam fortitudinem poetae et oratores cum physicis fingunt, in fronte beluarum horribilium ponimus. qui fiunt generaliter colore fulvo, set tamen albos cum ingentibus iubis leones et in taurini corporis magnitudine Indus habuisse fertur. et ipse vastissimae leo formae describitur quem Hercules sub rupe Nemeaei montis occidit.

3. Elefanti autem licet sibi leones timeant, omnibus tamen cognitis maiores sunt animantibus. qui aput Gangaridas et Indos et inter Nilum fluvium et Brixontem nasci perhibentur. quorum Pyrrhus in Romam xx primus ad auxilium belli deduxit, quod turres ad bella cum interpositis iaculatoribus portant et hostes erectis promuscidibus caedunt. quorum quoque Alexander Macedo innumerabiles albo nigro et rubicundo varioque colore se in India vidisse ad Aristotelem philosophum descripsit.

1. spumosis *A.* ‖ 2. murmore *corr A.* ‖ monstruorum *A.* ‖ 3. caerula *om A.* ‖ murmureis *A.* ‖ deverberant *AB.* ‖ 4. inormi *AB.* ‖ littore tenus *B.* ‖ vergunt *A,* veniunt *B.* ‖ 5. intuentibus *B:* expectantibus *A.* ‖ herrorem *B.* ‖ 6. quod *A:* quia *B.* ‖ cognito. ē. longe *A.* ‖ 7. generi *A.* ‖ uelud horrendi *B.* ‖ undarum gurgitum (gurgites *B*) turribus *AB.* ‖ 8. tantum *A.* ‖ postolantis *B.* ‖ gurgites neglegentia dimergat *A.* ‖ 9. tibi sermo pauca *B.* ‖ depromit *A.* ‖ horroribus *A.* ‖ 10. uel *A,* ut *B.* ‖ 11. poeta hac *A.* ‖ sermone in suis *B.* ‖ literaturus *A.* ‖ 13. II De leone *A,* I Leones *B?* ‖ eius *om A.* ‖ 14. fisitis *A.* ‖ frontem *AB.* ‖ 15. fuluo set tantum *A,* fuluoso tamen *B.* ‖ 16. iouis *A.* ‖ habuisse indus *B.* ‖ *Alexandri epistula p.* 33 sed adfuere albi leones, taurorum magnis comparandi corporibus. qui cum ingenti murmure, concussis cervicibus stantibusque alte iubis, in modum fulminum in nos impetum faciunt. ‖ 17. discribitur *A.* ‖ ercules *A.* ‖ nimie *A,* nimiae *B.* ‖ 19. III De elefanto *A,* II Elephanti *B?* ‖ Elifanti *B.* ‖ sibi *om B.* ‖ tantum *A.* ‖ 20. Gangaridas *Bergerus:* gargaridos *B,* gararidos *A.* ‖ 21. brisontem *A.* ‖ pyrrus *A,* phirrus *B.* ‖ romaniam *B.* ‖ 22. beli *B.* ‖ quot *A:* qui *B.* ‖ intrapositis *Bergerus.* ‖ portabant *B.* ‖ 23. etostes *A.* ‖ promus cedibus *A,* promus sedibus *B.* ‖ 25. philosopum *A,* philyppum *B.* ‖ *Alexandri epistula p.* 40 ipse cum Poro rege et equitatu praecedens video agmina bestiarum in nos erectis promuscidibus tendentia. quarum quaedam nigrae et candidae et rubri coloris et variae quaedam erant.

4. Onagri animalia sunt, non bestiae: set ingenti animo et saepe elata exultantes fortitudine saxa de montibus evellunt. sed ipsi in desertis Persarum esse cum incredibilibus quibusdam prodigiis boum habentes cornua et magnis describuntur corporibus.

5. Tigres sunt ferae horrendae animositatis quae in India et aput Hyrcanos et in Armenia nascuntur. et sunt valde rapaces et mirae velocitatis: unde et Tigris Assyriorum fluvius eo quod rapidissimo cursu ad instar istius bestiae a monte Caucaso prorumpit ab ea nomen accepisse describitur.

6. Lynces bestiae maculosis corporibus sunt, quae et nimiam ferocitatem habent et pantheris vario sunt colore consimiles. quae et in Syria et in India et ceteris quibusque regionibus nascuntur.

7. Pardus est fera rapax et toto corpore discolor. qui Alexandro et Macedonibus cum ceteris nocuerunt bestiis paulo post quam Aornim petram expugnavit in India, a qua prius Hercules terrae motu fugatus recessit. et Indorum rex quodam tempore, quia ibi maxime nascuntur, ad regem Romae Anastasium duos pardulos misit in camelo et elefanto, quem Plautus poeta ludens lucam bovem nominavit.

8. Pantheras autem quidam mites, quidam horribiles esse describunt. quas poeta Lucanus ad lyram Orphei cum ceteris animantibus et bestiis a deserto Thraciae per carmen miserabile provocatas cecinit, dum ipse tristis et maerens ad undam Strymonis raptam Eurydicen lacrimabili deflevit carmine.

9. Ferunt fabulae Graecorum plurima in libris antiquitatum suae philosophiae quondam fuisse quae nunc incredibilia videntur tam de monstris quam etiam beluis et serpentibus. de quibus partem replicaturi sumus. inter quae

1. IIII De onagro *A*, III Onagri *B?* ‖ sępe *A*, sese *B*. ‖ 2. monti *A*. ‖ uellunt *B*. ‖ 3. bovum *B*. ‖ 4. corporeis *A*. ‖ 5. V De tigris *A*, IV Tigres *B?* ‖ faere *A*. ‖ 6. armoenia *A*, carmoenia *B*. ‖ 7. ipsius *A*. ‖ 8. caucasso *B*, cuicassu *A*. ‖ discribitur *AB*. ‖ *Isidorus orig.* XII 2 7 tigris vocata propter volucrem fugam. ita enim nominant Persae et Medi sagittam. est enim bestia variis distincta maculis, virtute et velocitate mirabilis. ex cuius nomine flumen Tigris appellatur, quod is rapidissimus sit omnium fluviorum. has magis Hyrcania gignit. ‖ 9. VI De lincibus *A*, V Lynces *B?* ‖ que nimiam *B*. ‖ 10. panteris *AB*. ‖ uariis *B*. ‖ et intirria *A*, in syria *B*. ‖ indis *B*. ‖ 12. VII De pardis *A*, VI Pardi *B?* ‖ *Alexandri epistula p.* 30 quibus necessitatibus illa quoque adiciebantur incommoda quod tota nocte incursantibus leonibus, ursis quoque et tigridibus pardis ac lyncibus resistebamus, quae genera ferarum promiscua nobis in silvis occurrebant. ‖ 13. urneam *A*, ormem *B*. *Curtius* VIII 11 2 multa ignobilia oppida deserta a suis venere in regis potestatem. quorum incolae armati petram Aornin nomine occupaverunt. hanc ab Hercule frustra obsessam esse terraeque motu coactum absistere fama vulgaverat. ‖ 14. quo *B*. ‖ haerculae *A*. ‖ 15. quod atempore *A*. ‖ quia *B*: quę *A*. ‖ 16. anasthasium *A*, anathasium *B*. ‖ duas *A*. ‖ camello et elefante *B*. ‖ quem *B*: regem quem *A*. ‖ Plautus *om B*. *Plautum ita dixisse aliunde non discimus*. ‖ 17. uidens *A*, *om B*. ‖ licō licabū *A*, lucamlium *B*. ‖ 18. VIII De panteris *A*, VII Pantherae *B?* ‖ Panteras *AB*. ‖ discribunt *A*. ‖ 19. orfei *A*. ‖ animalibus *A*. ‖ 20. per *A*: pro *B*. ‖ tristis esset et *B*. ‖ 21. erudicē *A*, eridicen *B*. ‖ 22. VIIII De lernis *A*, VIII De bellua Lernae *B?* ‖ plurimae *B*. ‖ 24. replicati *AB*. ‖

belua Lernae describitur, quam nunc apud inferos esse, tam horrendam stridore quam forma terribilem, Graeci cum quibusdam fingunt Romanis.

10. Hippopotami beluae in India esse perhibentur maiores elefantorum corporibus, quos dicunt in quodam fluvio aquae inpotabilis demorari. qui condam cc homines una hora in rapaces gurgitum vortices traxisse et crudelem in modum devorasse narrantur.

11. Quasdam enim bestias prope ad mare rubrum nasci ipsa fabulositas perhibet, et quod viii pedes duplicibus membris et capita bina habent cum oculis fingunt Gorgoneis.

12. Chimaeram Graeci scribunt quandam fuisse bestiam triplicis monstruosa corporis foeditate terribilem. quam flammis dicunt armatam eo quod tria capita ignem habuisset vomentia.

13. Et sunt quoque, ut ferunt, in India beluae quas aeternas ob vividam virtutem vocant, quae in suis verticibus ossa serrata velut gladios gestant, quibus arietino dum adversus incurrunt impetu obpositi transverberantur clipei.

14. Et in Perside fingunt esse bestias quas cynopenos appellant, quibus sub caninis capitibus equina dependet per cervices iuba et ore naribusque ignem flammasque expirant.

15. Cerberus autem tria capita habuisse describitur. quem poetae et philosophi ab ianua inferni mortales proturbare trino arbitrantur latratu: set tamen eum trementem ab Orci regis inferni solio famosissimum Alciden in vinculis

1. lerna *A.* ‖ adscribitur *B.* ‖ *Verg. Aen.* vi 287 belua Lernae Horrendum stridens. ‖ 2. formae *A,* ferme *B.* ‖ 3. x De ippotamis *A,* ix Hippopotami *B?* ‖ Ippotami *A,* Epotani *B.* ‖ 4. inpotabiles *A.* ‖ 5. ccc *B,* cccc *A.* ‖ gurgitum *A:* pergitorum, *tribus postremis litteris linea transfixis, B.* ‖ uertices *B.* ‖ *Alexandri epistula p.* 29 ducentos milites ex Macedonibus levibus armis misi per amnem nataturos. iamque quartam partem fluminis enataverant, cum horrida res visu subito nobis conspecta est. maiores elephantorum corpore hippopotami inter profundos aquarum gurgites emersi apparuerunt raptosque in verticem crudeli poena milites, flentibus nobis, absorpserunt. ‖ 7. xi De his qui bina capita habent *A,* x De bestiis quibusdam fabulosis prope mare rubrum *B?* ‖ Quisdam *A.* ‖ ipsa *om B.* ‖ 9. gurgones *A.* ‖ 10. xii De cimerica *A,* xi De chimaera *B?* ‖ Cymeram *B,* Cimericam *A.* ‖ quodam *B.* ‖ triplici *B.* ‖ 11. *Verg. Aen.* vi 288 flammisque armata chimaera. ‖ 12. habuisse uouentia *B.* ‖ 13. xiii De belua *A,* xii Aeternae *B?* ‖ ut *B:* quod, *sed ut supra addito, A.* ‖ 15. aduersus clipeos *B.* ‖ transuerberant *A.* ‖ *Alexandri epistula p.* 57 Euri venti flatus secuti incidimus in malignas feras, de quarum capitibus velut gladii a vertice (flatus Euri secuti in aeternas feras incidimus, de quarum vertice *cod. Par.* 8519 *a Bergero commemoratus*) acuta serrataque eminebant ossa. et hae arietino more adversus homines currebant. tum invictae plurimorum militum clypeos cornu suo transverberabant. ‖ 16. xiiii De cenopenos *A,* xiii Conopeni *B?* ‖ persida *AB.* ‖ quos *A.* ‖ coenopenos *A,* conopenos *B.* *ab Iulio Valerio* iii 19 *praeter beluas Alexandro occurrisse narrantur* homines senis manibus portentuosi, himantopodes (im antopodas *codex Maii,* immo antipodes *inepte Maius*) etiam et cynopendices. ‖ 17. cannis *A,* annis *B.* ‖ aquina *A.* ‖ dependit *AB.* ‖ iuba per cerin munces *A.* ‖ 18. qui ignem *A.* ‖ 19. xv (xiv *B*) De cerbero *AB.* ‖ discribitur *A.* ‖ 20. a ianua *B.* ‖ perturbare *AB.* ‖ set tantum *A.* ‖ *Verg. Aen.* vi 395 Tartareum ille manu custodem in vincla petivit, Ipsius a solio regis, traxitque trementem. ‖ alceden *A,* alcidem *B.* ‖

traxisse turpi depromunt mendacio et quod eum inritatum ille contumax insanis provocavit latratibus.

16. Et inter ipsa quae dicunt inania ferunt formicas in quadam esse insula, et quod sex pedes et atrum colorem et miram habeant celeritatem depromunt. cum quibus incredibilis auri abundantia describitur, quod ipsae sua servant industria.

17. Fuit praeterea quaedam in Indorum bestia finibus maior, ut ferunt, elefanto, colore nigro, quam Indi dentem tyrannum vocaverunt. quae in medio torvae frontis tria cornua gessit et tantae animositatis erat ut illi conspectis hominibus non tela neque ignes nec ulla vitaret pericula. quam ferunt Alexandrum mortuis xxvi militibus tandem confixam occidisse venabulis.

18. Et cum his incredibilibus fingunt execrandae formae hippopotamos, quos ferunt triplicem habere colorem. qui oris latitudine vanno conparantur. sunt autem tam fugaces ut si quis insequitur fugiant quousque sanguine sudant.

19. Leopardi feri ac terribiles sunt, quod atrocissimarum binae formae ferarum permixtam habent horrendi corporis formam, quod ex leonibus et pardis generantur. quos ferunt iuxta rubrum mare et in quibusdam aliis regionibus nasci.

20. Fingunt quoque poetae in mari Tyrrheno caeruleos esse canes qui posteriorem corporis partem cum piscibus habent communem. ipsis quoque Scylla ratem Vlixis lacerans marinis succincta canibus describitur.

21. Et dicunt bestias esse nocturnas, et non tam bestias quam dira prodigia, quod nequaquam in luce set in umbris cernuntur nocturnis, quas ferunt in omnium bestiarum formas se vertere posse dum insequentium timore perturbantur.

2. prouocant *B.* ‖ 3. xvi De formicas *A,* xv Formicae aurum servantes *B?* ‖ Et *om B.* ‖ 4. habent *A.* ‖ 5. incredibilibus *B.* ‖ habundantia *AB.* ‖ describuntur quam ipsae *B.* ‖ 7. xvii De dentem tirannum *A,* xvi Bestia dens tyrannus vocata *B?* ‖ finibus bestia *B.* ‖ 8. indii *A.* ‖ deinde tirannum *B.* *non restituendum esse* odontotyrannum *docet Alexandri epistula p.* 33, una praeterea novi generis bestia maior elephante comparuit, tribus armata in fronte cornibus, equo simile caput atri coloris gerens. hanc Indi appellare odonta vel dentem tyrannum soliti sunt. haec pota aqua intuens castra subito in nos impetum dedit; ne ignis quidem oppositi tardabatur ardoribus. ad quam supprimendam cum opposuissem Macedonum manum, trigiata (*al.* viginti) sex occidit, tres et quinquaginta calcatos inutiles fecit, vixque tandem ipsis defixa venabulis occubuit. ‖ 9. turbę *A.* ‖ tantae *A:* tunto *B.* ‖ ut illi *A:* et sibi *B.* ‖ 10. ignis *AB.* ‖ quam ferunt *A:* proferunt *B.* ‖ 12. xviii Item de ippotamos *A,* xvii Hippopotami fugaces *B?* ‖ Et *om B.* ‖ extende *A.* ‖ ippotamos *A,* ipotamos *B.* ‖ 13. habuisse *A.* ‖ 14. fugiunt *A.* ‖ 15. xviiii De leopardos *A,* xviii Leopardi *B?* ‖ quod *A:* qui *B.* ‖ bine *B,* laene *A.* ‖ 16. quod ex *A:* quia et *B.* ‖ *Isidorus orig.* xii 2 11 leopardus ex adulterio leaenae nascitur et pardi. ‖ 19. xx De ceruleos canes *A,* xix Canes caerulei in mari Tyrrheno *B?* ‖ t̃reno *A,* terreno *B.* ‖ 21. ulixes *B.* ‖ discribitur *A.* ‖ *Verg. Aen.* iii 432 Scyllam et caeruleis canibus resonantia saxa. ‖ 22. xxi De bestias nocturnas *A,* xx De quibusdam bestiis nocturnis *B?* ‖ 23. quod *A:* quia *B.* ‖ umbris *A:* tenebris *B.* ‖ quos *A.* ‖ 24. se uerti *AB.* ‖ posse *B:* potuisse *A.* ‖ timore *B:* more *A.* ‖

22. Fluvius autem Nilus, qui in septem ostia discurrens mari Tyrrheno absumitur, omnia monstra ferarum similia gignit eo gurgite quo se ad ortum dirigit et quo item flexus a mari rubro ad occasum refunditur.

23. Ferunt et in India beluam fuisse quae habuit bina capita, alterum lunae bicornis ut puta imaginem, alterum corcodrilli gerebat. et tergo serrato et saevis armata dentibus quondam in Alexandri milites prosiliens duos occidisse describitur. bestia autem illa inter omnes beluas dirissima fertur, in qua tantam copiam veneni adfirmant ut eam sibi leones quamvis invalidioris feram corporis timeant, et tantam vim eius venenum habere arbitrantur ut eo licet ferri acies intincta liquescat.

24. Et iuxta Eufraten flumen scribunt esse animal quod nuncupatur antolops, quod longis cornibus quae serrae figuram habent ingentia robora praecidens ad terram deponit.

25. In Nilo autem flumine ferunt esse corcodrillos, beluas non modicae staturae, quae ad solis aestum per litora se sternunt et humani generis sunt rapaces si quos a somno excitati sibi vicinos persenserunt. quae bestiae maxime in aquis et in oris litorum demorantur.

26. Balaena quoque fera intolerabilis in India nascitur, ubi plurima prope totius orbis prodigia leguntur. de quarum pellibus beluarum sibi gens quaedam aput Indos vestimentorum tegmina conponit.

27. Fluvius Indiae Ganges, qui aurum cum lapidibus profert pretiosis, mira

1. xxii De nilo fluuio *A*, xxi De Nilo *B?* ‖ hostia decurrens *B.* ‖ treno *A*, terreno *B.* *de Tyrrheni maris nomine ad omne illud mare quod mediterraneum dicimus translato exposuit olim Letronnius* (*recherches sur Dicuil p.* 218 *ss.*). ‖ 3. refundit *B.* ‖ 4. xxiii De belua que abuit bina capita *A*, xxii De quadam bestia Indiae inter omnes belluas dirissima *B?* ‖ abuit *A.* ‖ 5. utputae imaginem *A*, ut putei maginem *B.* ‖ corcodrillo *A*, corcodrili *B.* ‖ ferrato *B.* ‖ 6. anata *A.* ‖ 7. discribitur *A.* ‖ dirissimas *B.* ‖ fertur in qua *om B.* ‖ 7. tantum *A.* ‖ 8. copiam uenenum *A*, ueneni copiam *B.* ‖ iuualidiores *A.* ‖ 9. habere *om A.* ‖ eo *om B.* ‖ 10. *Alexandri epistula p.* 38 palus erat sicca et canna abundans, per quam dum transitum temptaremus belua novi generis, serrato tergo, duo capita habens, alterum lunae simile [hippopotami pectore], crocodili alterum simillimum, duris munitum dentibus, duos milites uno ictu occidit repentino. hanc ferreis vix umquam comminuimus malleis, quam hastis non valebamus transfigere. ‖ 11. xxiiii De autolops *A*, xxiii Antholops *B?* ‖ autolops *A*, autulaps *B.* *physiologus in codice Guelferbytano* (*A*) *p.* 106b est animal quod dicitur antelups et animal acerrimum (acerissimum *codex*) nimis, ut nec venatores in eum proficiant. habet enim cornua longissima serrae figuram habentia (figura habentes *codex*), ita ut arbores magnas (magnos *codex*) secet et ad terram deponat (a terra deponet *codex*). ἀνθόλοψ *dicitur Eustathio hexaem. p.* 36. ‖ 12. serra *A.* ‖ 13. depromit *B.* ‖ 14. xxv De corcodrillo *A*, xxiv Fluminis Euphratis crocodili *B?* ‖ In illo autem *A*, In illo *B.* ‖ corcodrilos *B.* ‖ 15. qui *B.* ‖ litus *B.* ‖ 16. excitat *A.* ‖ 17. et oris *B.* ‖ 18. xxvi De balena *A*, xxv Bellina *B?* ‖ Balena *A*, Bellina *B.* ‖ intollerabilis *AB.* ‖ 19. bellibus beluarum *A*, pellibus bellinarum *B.* ‖ 20. conponuntur *A.* ‖ *Alexandri epistula p.* 56 ulterius ipsum litus inerant Indi balaenarum ferarumque pellibus contecti. ‖ 21. xxvii De fluuio indie gangetis (ganges *in indice*) *A*, xxvi De gange *B.* ‖ gandes *B.* ‖ proferet *A.* ‖

monstruosae feritatis genera gignit, quarum scriptores beluarum de his tacuisse pro incredibilibus testantur formatis figuris.

28. Et scribunt Romani cum Graecis per ipsas poeticas incredibilium rerum fabulas bipedes equos in mari esse Tyrrheno, quod maiore parte corporis priore equorum figuras et posteriore piscium habeant.

29. Alexander Macedo se in India mures vulpium statura vidisse ad Aristotelem descripsit, qui morsibus pestiferis homines et iumenta lacerabant.

30. Et in vicino Armeniae loco, ubi margaritae nasci perhibentur, leones et tigres, lynces et leopardos et cuncta genera ferarum horribilium mons quidam altissimus gignit.

31. In Brixonte quoque bestiae quaedam non magnae, set prope omnibus nationibus ignotae gigni perhibentur, quas celestices vocant. quem fluvium, in quo nascuntur, Nilo vicinum descripsimus, cuius secundum plurimos ignoratur initium. qui aput Aegyptios Archoboleta, quod est aqua magna, vocatur.

32. Fingunt enim fabulae Graecorum bestias omnes et terrena animalia cum variis monstrorum et beluarum generibus in mari esse Tyrrheno, cum binis tantum pedibus, eo quod a pectore usque ad caudas squamosa corpora habent. et per quandam picturam Graeci operis didicimus quod homines quos caerulei canes prima laceratione non devoraverunt in dorso supra dicti generis beluarum vecti sine laesione fuissent, postquam Scylla eisdem circumdata monstris ratem Vlixis spoliaverat nautis, et ita cum marinis leonibus tigribus pantheris onagris lyncibus et leopardis et omni genere ferarum atque animalium per proprias sui maris regiones transierint. et fingunt ideo his non nocuisse hominibus quod

1. monstrose *B.* ‖ 2. pro *AB:* prae? ‖ *Alexandri epistula p.* 57 sed et in Gange flumine erant admirabilia portenta: de quibus, ne tibi fabulosus viderer, scribendum non putavi. ‖ 3. XXVIII De bipedes *A,* XXVII Bipedes equi in mari Tyrrheno *B? bipedes equi sumpti sunt ex Vergilii georg.* IV 389, *ubi Servius haec adscripsit,* equi enim marini prima parte equi sunt, postrema resolvuntur in pisces. ‖ rerum *om A.* ‖ 4. etquos *A.* ‖ t̄reno *A,* terreno *B.* ‖ quod *A:* qui *B.* ‖ 5. aequorum *A.* ‖ habent *A.* ‖ 6. XXVIIII De alexandro macedo *A,* XXVIII Mures vulpium statura *B?* ‖ *Alexandri epistula p.* 34 antelucano deinde tempore — mures Indici in castra venerunt vulpibus similes, quorum morsibus vulnerata quadrupedia statim expirabant; hominibus autem idem morsus non usque ad interitum nocebat. ‖ se *om B.* ‖ 7. lacerabunt *A.* ‖ 8. XXIX De monte altissimo feris fecundo *B? in A haec cum antecedentibus coniuncta sunt.* ‖ armoeniae montis loco *A,* armonie montis loco *B.* ‖ perhibent *B.* ‖ et *om B.* ‖ 10. altissimus *om A.* ‖ 11. XXX De bestiae caelesticae *A,* XXX Celestices *B?* ‖ 13. discripsimus *A.* ‖ cuiusque plurimis *B.* ‖ 14. anchoboleta *B.* ‖ 15. XXXI De bestiis cum binis pedibus *A,* XXXI De genere quodam maritimo ab hominibus ac feris genito *B.* ‖ gregorum *B.* ‖ 16. monstruorum *A.* ‖ esse *om B.* ‖ t̄reno *A,* terreno *B.* ‖ cum *A:* et quod *B.* ‖ 17. tantum *B:* tamen *A.* ‖ scamosa *A.* ‖ *inter* habent *atque* et *A habet rubricam* De pictura greci operis *et in margine* XXXII. ‖ 18. quendam *A.* ‖ 19. prima *om B.* ‖ 20. postqua *B.* ‖ hisdem *B,* autem de in *A.* ‖ 21. uluxis *B,* olixis *A.* ‖ leonibus marinis *A.* ‖ pantegris *A.* ‖ 22. et leopardos *A, om B.* ‖ genera *A.* ‖ per *om A.* ‖ 23. transiert̄ *A, in quo sequitur rubrica* De non nocuis hominibus *et in margine* XXXIII. ‖ nocuis *A.* ‖ quod *A:* quia *B.* ‖

seminis humani conmixtionem quaerebant, et inde natum genus formae triplicis perhibent. et in eiusdem modi fictis cernebam vanitatibus quod infantes ab his hominibus ac feris in mari progenitos lactis mulgendi gratia cum conchis natare per undas putabant ut a suis sibi cibum exciperent parentibus.

33. Fuit rex Aeeta, qui regnavit in Colchide, quem scribunt tauros ignem flantes habuisse et pellem auream, propter quam Iason Thessalus ad Colchos navigavit. cui rex tauros flammantes domare ut pellem mereretur tribuit.

34. Et cum beluis Indorum quoddam genus duplicibus fertur fuisse caudis, quae duplicatae ad sex pedum mensuram in latitudine cum binis patebant unguibus, quibus homines verberavit pungens.

III.

1. Lernaeum autem anguem poetarum fabulae fingunt dirum fuisse spiramine et Tartareo nocivum veneno et linguis triplicibus terribilem. cui de media fronte turba ingens monstrorum ac serpentium pullulabat generisque velut viperei eumenidum crines circa eiusdem anguis faciem globorum innumerabilibus nodis horrenda scatebant prodigia. qui condam fertur Herculem hac turba serpentium et sibilantibus circumstetisse capitibus atque in eo sibi proditus nihil profecisse perhibetur.

2. Serpentes quoque Assyriorum in desertis nasci perhibentur qui habent capita bina et inmensa corporis volumina torquent quatuorque per umbras nocturnas oculis in modum lucernae lucent.

3. Hydra anguis armatus fuisse describitur, quae Eurydicen coniugem Orphei in ripa fluminis capite truncavit et demersit in gurgitem et sicut Scylla monstris

1. bumanam *B.* ‖ 2. perhibetur *B.* ‖ modo *A.* ‖ quod *A:* quae *B.* ‖ ab *om B.* ‖ 3. concis *AB.* ‖ 4. exhiberent *A.* ‖ 5. xxxiiii De rege eta *A,* xxxii Aeetae regis tauri flammantes *B?* ‖ heta *A,* eta *B.* ‖ cholchide *A.* ‖ 6. quam *B:* quod *A.* ‖ iasonte salus *A.* ‖ cholchidos *A.* ‖ 7. meretur *A.* ‖ 8. xxxv De beluis qui habent caudas duplicatas *A,* xxxiii De Indorum beluis quibus cauda duplex *B?* ‖ 9. duplicatas *AB.* ‖ patebat *AB.* ‖ 10. uerberabat *B.* ‖ *non dissimile est quod Bergerus ex libri Alexandri de proeliis cap.* 90 *adfert,* deinde amoto exercitu venit ad quendam locum in quo erant bestiae habentes ungulas duas, latas pedibus tribus, cum quibus ferebant ad (feriebant?) milites Alexandri. similiter habebant capita sicut porci, caudas sicut leones. ‖ finit de beluis incipit de serpentibus *A, in quo iam nullae sunt capitulorum inscriptiones. sumpsimus eas ex indice.* ‖ 12. xxxv De urneum anguem *A,* xxxiv De Lernaeo angue *B?* ‖ Urneum anguem *A.* ‖ 13. tartaro *A,* tanta re *B.* ‖ cui dimidia *A.* ‖ 14. monstruorum *pr A.* ‖ pululabat *B,* pululabunt *B.* ‖ 15. circa *om A.* ‖ globosorum *A.* ‖ 16. *fortasse* horrendo sc. prodigio. ‖ quondam *B.* ‖ hac *B:* ac *A.* ‖ *Vergilius Aen.* viii 299 non te rationis egentem Lernaeus turba capitum circumstetit anguis. ‖ 17. proditus *B:* perditi *A.* ‖ 18. perhibetur: *in hoc verbo finit B.* ‖ 19. xxxvi De serpentibus asiriorum *A.* ‖ abent *A.* ‖ 20. *de amphisbaena Isidorus orig.* xii 4 20 cuius oculi lucent veluti lucernae. ‖ 22. xxxvii De hydra *A.* ‖ discribitur *corr A.* ‖ quaerudicen *A.* ‖

ita et haec serpentibus praecincta fuisse fingitur. cuius tale signum Hercules in suo clipeo cum aliis c gerebat anguibus.

4. Stares namque in India dicuntur gigni inmensi corpore, vario colore terribiles, qui in quibusdam squamis auri fulgore radiabant et in quibusdam candidis ac purpureis coloribus et nigris cernebantur distincti. cum quibus quondam Alexander Macedo bellum contulisse perhibetur.

5. In Calabris quoque saltibus anguis mirae magnitudinis in tempore Caesaris Augusti fuit, qui in vere stagna paludesque colens ranis ac piscibus rapidam replevit ingluviem, et postquam solis ardore paludes dehiscebant adustae, tunc pestis irata cibo potuque carens agros scintillantibus peragravit oculis et nimiam dedit mortalibus plagam.

6. In confinio rubri maris et Arabiae serpentes esse perhibentur cum quibus nascitur piper album, quod incenso loco sub terram fugientibus homines nigrum flammis labentibus deripiunt. qui serpentes corsia nuncupantur et cornua habent arietina et ab eis percussus cito moritur tumens.

7. Et in India gigni serpentes huius describuntur modi, qui, ut perhibent, columnarum crassitudinem et bina trinaque habebant crispata capita et proselyti de montium latebris ad aquam erectis pergebant pectoribus et ita sinuosis motibus ac squamis terram reddiderunt adtritam et oculis horrendo

2. alis .c. gerebat signibus *A: Vergilius Aen.* VII 655 post hos insignem palma per gramina currum Victoresque ostentat equos satus Hercule pulchro Pulcher Aventinus clipeoque insigne paterno Centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram. ‖ 3. XXXVIII De serpentes stares *A.* ‖ Stares *A: usus est scriptor depravato exemplari epistulae Alexandri, in qua haec leguntur p.* 31, haec prodigia insecuta est immensa vis cerastarum humidorumque serpentium variis distinctorum coloribus. nam quidam rubentibus squamis erant, quidam nigri et candidi coloris, quidam auri fulgore consimiles inspiciebantur. sibilabat tota regio, non parvum nobis inferens metum. sed frontem castrorum densaveramus clipeis *etc.* ‖ inmensis *A.* ‖ 4. que *A.* ‖ scamis *A.* ‖ radiebant *A.* ‖ 5. cernebant distincte *A.* ‖ 7. XXXVIIII De anguibus mire magnitudinis *A.* ‖ In lubris *A: emendavit Trossius memor versuum Vergilii georg.* III 425 *ss.* est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis, Squamea convolvens sublato pectore terga Atque notis longam maculosus grandibus alvum, Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus et dum Vere madent udo terrae ac pluvialibus austris, Stagna colit ripisque habitans hic piscibus atram Inprobus ingluviem ranisque loquacibus explet; Postquam exusta palus, terraeque ardore dehiscunt, Exilit in siccum et flammantia lumina torquens Saevit agris asperque siti atque exterritus aestu. ‖ caesauris *A.* ‖ 10. pestes *A.* ‖ 12. XL De serpentibus cum quibus nascitur piper album *A.* ‖ 15. percussi *A.* ‖ *Isidorus orig.* XVII 8 8 piperis arbor nascitur in India et in latere montis Caucasi quod soli obversum est. folia ad iuniperi similitudinem. cuius silvas serpentes custodiunt, sed incolae regionis illius cum maturae fuerint incendunt, et serpentes igne fugantur, et inde ex flamma nigrum piper efficitur. nam natura piperis alba est, cuius quidem diversus est fructus. nam quod immaturum est, piper longum vocatur, quod incorruptum ab igne, piper album est, quod vero cute rugosa et horrida fuerit, ex calore ignis trahit et colorem et nomen. ‖ 16. XLI De serpentibus qui abent bina crispata capita *A.* ‖ 17. triaque *A.* ‖ crispati *A.* ‖ proseliti *A. Aethicus* IV 6 1 Amazonae profugae atque proselytae. *alia vocabuli sic usurpati exempla praebet Cangius.* ‖ 19. scamis *A.* ‖ redderunt *A.* ‖ orrendo *A.* ‖

scintillantibus veneno linguis ora vibrabant trisulcis et mortiferos exalabant alitus.

8. Fertur et in Sicilia visus fuisse serpens qui lubrico laterum sinuamine labens septena volumina globoso corpore traxit et caeruleam fulgore speciem aureo per omnes miscebat squamas.

9. Quidam quoque serpens horrendae magnitudinis a Romano exercitu in Africa iuxta flumen Bagradam repertus describitur, et pro ultione militum quos primo devoravit impetu eum cunctis cuncti Romani circumdederunt iaculis, et tandem ballistis infixo molari lapide iactus in spinam crepuit, qui prius cuncta squamis tela velut obliqua scutorum testudine repulit. cuius corium trans mare Tyrrhenum ad Romam usque deductum est, quod cxx pedes longitudinis habuisse perhibetur.

10. Et in excidio Troiae gemini serpentes a Tenedo insula omni populo tuente fretum sinuosis verberabant magno murmure motibus et ad terrae litus erectis natabant pectoribus. qui, ut Maro praecipuus poeta cecinit, iubas habebant sanguineas et oculi eorum igni horrebant et cruore. duos quoque primo impetu parvulos et tertium ipsis subeuntem venenosis diripuerunt morsibus.

11. Dicuntur et in India serpentes gigni in valle quae vocatur Iordia, per corum colla lapides pretiosi valde nascuntur, nitores corum zmaragdi nuncupantur. lasere quoque et albo pipere pascuntur. quorum Alexander Macedo non paucos de valle pyramidibus quingentorum et quinque pedum habentibus longitudinem clausa lapidum extulit.

1. ui probant *A.* ‖ mortiferis *A.* ‖ 2. saltibus *A.* ‖ *Alexandri epistula p.* 32 binorum ternorumque capitum cristati serpentes advenerunt, columnarum crassitudine aliquanto proceriores, qui ad potandam aquam ex vicinis montium speluncis processerunt, oribus (orbibus?) squamisque suis humum atterentes. quorum pectora erecta cum trisulcis linguis fauces exertabant, scintillantibus veneno oculis. quorum halitus quoque erat pestifer. ‖ 3. XLII De serpente in sicilia *A.* ‖ 4. fulgure *A.* ‖ 5. auroe *A.* ‖ 6. XLIII De serpente cuius corium .cxx. pedes longitudinis habere perhibetur *A.* ‖ *sequi videtur narratio Valerium Maximum* I 8. ‖ 7. bragadam *A.* ‖ 8. impetū *A.* ‖ romā *A.* ‖ 9. balistis *A.* ‖ iectus *A.* ‖ quae *A.* ‖ 10. scutodorum testitudine repulsit *A.* ‖ 11. trenum *A.* ‖ XLIIII De geminis serpentibus in troie *A.* ‖ 14. marmore *A: Verg. Aen.* II 209 fit sonitus spumante salo. ‖ et aterrae *A.* ‖ 15. quae *A.* ‖ 19. XLV De serpente iordia *A.* *Alexandri epistula p.* 54 pervenimus deinde in vallem Iordeam, in qua serpentes habitabant habentes in collo lapides qui smaragdi appellantur; hi lumen in oculis profusum accipiunt et vallem vix alii adeundam incolunt, lasere et albo pascuntur pipere. hanc super vallem pyramides sunt pedum tricenorum ab antiquis Indorum aedificatae. sed hi serpentes quos paulo ante descripsimus inter se quotannis vere primo depugnant multique morsibus depereunt. inde non paucos ingentis formae smaragdos extulimus. ‖ 20. nitores eorum *A.* ‖ 21. lasare *A.* ‖ et alio *A.* ‖ 22. non *om A.* ‖ permitibus *A.* ‖ 23. causa lapidum extollat *A.* lapidum, *quod post* quorum *ponendum erat, inepte traiectum est et fortasse delendum.* ‖

12. Est insula quaedam in mari Tyrrheno quam ante homines omnia prope serpentium inhabitabant genera, cum quibus erat dominator serpens setosus et tam vasta corporis mole ut hi qui videre ipsius speluncam in qua latuit bovem ingredi posse perhiberent.

13. Et atram aput inferos Stygem rumorosae sermone gentes, anguem totius mundi maximum, describunt, quae novem vicibus, ut fingunt, per Stygiam paludem Tartara ululantium animarum atris ingens orbibus modo lacrimabili cingit, et ita vipereo muro Styx ipsa et palus putidae undae, quam nullus audet terribilem adtingere metam, animas, ut putant, rugientes in aeternis fletibus cludunt.

14. Salamandra quoque tantae atrocitatis esse describitur ut eam nulla vis flammarum laedere possit, set in ignibus velut pisces in aqua vivere posse perhibentur.

15. Cerastes autem cornuti serpentes fiunt, sed non tam cornibus quam ore nocent et linguis, quae nimiam atrocitatem habere dicuntur, et in multis regionibus nascuntur.

16. Chelydri sunt nigri coloris serpentes, qui in algidis et lapidosis nascuntur terris et claria rura pro latebris et tophos sectantur pro cibo, et rex Aeeta, quem superius descripsimus, pater Medeae virginis, more serpentis tales habuisse dentes describitur, ut siquis eos simul conprensos sevisset, inde armati prosilirent homines ad interfectionem saevientes. sed quidam draconis dentes fuisse arbitrantur.

17. Coluber genus est diri valde ac venenosi serpentis, qui umbris et tecto succedere solet et ita et inprovisus et venenosis morsibus nocet. quem Octavianus grammaticus feminini generis colubram nominavit.

1. XLVI De serpente setoso *A.* ‖ insula: *Colubraria, ut videtur. cetera nobis ignota sunt.* ‖ terreno *A.* ‖ ant̄ *A.* ‖ 2. inhabitant *A.* ‖ 3. ipsius sepeloca in *A.* ‖ 4. perhibent, *sed* n *in rasura, A.* ‖ 5. XLVII De atram *A.* ‖ stigiem rumorose, *sed ultima littera in rasura duarum litterarum quae* er *fuisse videntur, A.* ‖ *sumpta haec sunt ex non intellectis versibus Vergilii georg.* I 242 *ss.*, at illum Sub pedibus Styx atra videt manesque profundi. Maxumus hic flexu sinuoso elabitur anguis. ‖ 6. novem vicibus: *Verg. Aen.* VI 439 noviens Styx interfusa. ‖ stigiem *A.* ‖ 8. stix *A.* ‖ putridus undequam nullam *A.* ‖ 11. XLVIII De salamandra *A.* ‖ 14. XLVIIII De ceraste *A.* ‖ *Isidorus orig.* XII 4 18 cerastes serpens dictus eo quod in capite cornua habeat similia arietum. *scriptor qui hoc vel simile aliquid legit propterea* cerastes, *non* cerastae, *scripsisse videtur.* ‖ 17. L De celedri *A.* ‖ Chelidri *A.* ‖ 18. claria: *proximorum emendationem petivimus e Verg. georg.* II 214 et tophus scaber et nigris exesa chelydris Creta negant alios aeque serpentibus agros Dulcem ferre cibum et curvas praebere latebras. *in* claria *quid lateat non adsequimur, nisi similis stultitia pervertit quae apud Vergilium praecedunt,* nam ieiuna quidem clivosi glarea ruris Vix humilis apibus casias roremque ministrat. ‖ et domos secantur *A.* ‖ eta *A. conf.* II 33. ‖ 19. mediae *A.* ‖ in ore *A.* ‖ 20. conpressos saeuisset *A.* ‖ prosilerent *A.* ‖ 23. LI De coluber *A.* ‖ *Verg. georg.* III 418 tecto adsuetus coluber succedere et umbrae. ‖ 24. octauiannus *A.* ‖ colubrum *A.* ‖

18. Vipera autem eo quod vi pariat ita nuncupatur. de qua scribunt physici quod ignotum genus quoddam humanae formae simillimum usque ad umbilicum habeat et semen ore concipiat et fracto latere moriens pariat.

19. Et in India cum ceteris quibusque prodigiis oditae serpentes atrocissimi nascuntur generis, quas omnium prope colorum varietatibus distinctas esse perhibent.

20. Hercules namque geminos angues secundum quod poeta cecinit in manu premens eliserat, quos ille novi et ignoti generis cum quibusdam prostravit monstris.

21. Hydri serpentes sunt aquatici qui fluvios ac stagna colunt, sicut de aliquibus Indorum vermibus describitur, quos ibi genus quoddam Oceano propinquum ab amne Ocduba sibi victum humano femore crassiores traxisse et cocco rubriores perhibetur.

22. Aspis non catulos set ova fovens gignit et minus viva quam mortua nocet. est caput eius sicut turturis rostrumque. siquem os eiusdem pupugit serpentis, pro tactu vipereo tumet.

23. In his enim poetarum fictionibus describitur quod angues gemini cum monstris et nubes ex aëre latrantes Cleopatram ad Nilum fugassent exterritam,

1. LII De uipera *A.* ‖ pereat *A: Isidorus orig.* XII 4 10. 11 vipera dicta quod vi pariat. nam cum venter eius ad partum intumuerit, catuli non expectantes maturam naturae solutionem, sed corrosis eius lateribus erumpunt vi cum matris interitu. — fertur autem quod masculus ore inserto viperae semen exspuat. illa autem ex voluptate libidinis in rabiem versa caput maris ore receptum praecidit. ita fit ut parens uterque pereat, masculus dum coit, femina dum parit. ‖ *physiologus in codice Guelferbytano p.* 101b physiologus monet de vipera, quae faciem habet viri, feminae mulieris usque ad umbilicum, et usque ad caudam corcodrilli habet figuram. vadum feminae non habent in sinu suo, sed ut foramen acus habent, et si masculus fiat cum femina, effundit semen in os feminae, et bibit semen femina, praecidit necessaria masculi ut moriatur masculus statim. cum creverint autem filii, comedunt ventrem matris et sic exeunt patrueles et matrueles: *quae emendavimus ope partim codicis Vaticani quem Maius class. auct. t.* VII *p. 595 edidit. is in fine habet* et sic foris exeunt. patrolae ergo sunt et matrolae. *intelleguntur πατραλοῖαι et μητραλοῖαι.* ‖ 2. ignota *A.* ‖ quaedam *A.* ‖ 3. pareat *A.* ‖ 4. *nulla inscriptio in indice A.* ‖ prodigium *A.* ‖ *fortasse* ophitae. *certe ab Isidoro orig.* XII 4 30 ophites *inter serpentes enumeratur propter male intellectos versiculos Lucani* IX 713 *s.* pluribus ille (cenchris) notis variatam pingitur alvum Quam parvis tinctus maculis Thebanus ophites. ‖ 5. colore *A.* ‖ destinatas *A.* ‖ 7. LIII De ercules *A.* ‖ poeta: *Verg. Aen.* VIII 288. ‖ 8. praeminens eleser ad *A.* ‖ nouerat ignoti *A.* ‖ 9. monstruis *A* ‖ 10. LIIII De hilidris *A.* ‖ Hidri *A.* ‖ fluuio ac stagno *A.* ‖ 11. describuntur *pr A.* ‖ 13. perhibentur *A.* ‖ *Alexandri epistula p. 55* inde ad Cluias flumen venimus, quod sine flexu recta ad Oceanum ferebatur: *p. 56* ulterius ipsum litus inerant Indi —. hi — dedere — vermes ex ipso flumine extractos femore humano crassiores, qui nobis omni generi piscium sapore praeferendi sunt. ‖ 14. LV De aspide (*in quo index finit*) *A.* ‖ Aspes *A.* ‖ 15. pupungit *A.* ‖ 16. prae? ‖ 17. finctionibus discribitur *A.* ‖ 18. aerae *A.* *non fugit Trossium mirus abusus versuum Vergilii Aen.* VIII *696 ss.* regina in mediis patrio vocat agmina sistro Necdum etiam geminos a tergo respicit angues. Omnigenumque deum monstra et latrator Anubis Contra Neptunum et Venerem contraque Minervam Tela tenent. saevit medio in certamine Mavors Caelatus

quae cum Antonio contra Caesarem navale proelium gessit. et sicut huic mendacium a tergo reginae monstra et angues fincxit aethereos, ita et fallaces poetarum fabulae sibi plurima quae non fiunt voluntarie fingunt.

24. Dicunt quoque Tisiphonem aput inferos sanguinea palla succinctam et animabus vipereo flagello nocentem urbis servare vestibulum. quam triplici muro circumdatam et flammeo flumine Pyriphlegethontis Tartarei mentiuntur, qui rapidis, ut putant, ignibus saxa murmurantia torquet. et fingunt hydram interius urbis ipsius vestibulum servare, quae ibi, ut arbitrantur, cum L capitibus Tartaream habitat sedem.

25. In his namque serpentibus quos superius descripsimus quaedam vera, quaedam namque omni veritate carentia repperiuntur. sunt quoque plurimi adhuc serpentini generis angues, ut dipsades reguli haemorrhoides spelagi natrices, de quibus iam nihil singulare et admiratione dignum repperi.

ferro tristesque ex aethere Dirae. *nubes latrantes ex latratore Anubi stultitia fecit non librarii sed ipsius narratoris.* ‖ 3. uoluntariae *A.* ‖ 4. stifonem *A.* ‖ pelle *A:* palla succincta cruenta *Vergilius Aen.* VI 555, *quem haec narratio sequitur.* ‖ animalibus *A.* ‖ 6. pirefigetonitis tartari *A: conf. Verg. v.* 551. ‖ 7. ydram *A. de hac Verg. v.* 576. ‖ 12. ut bidsades reguli hemures spelagi nutrices *A.* spelagi *fortasse sunt* salpugae: *certe apud Isidorum orig.* XII 4 33, *abusum, ut videtur, Lucani versu* IX 837, *est* salpuga, serpens quae non videtur. ‖ 13. finit de serpentibus deo gratias amen *A.* ‖

Quae p. 18 *v.* 14 *ss. leguntur sumpta sunt ex chronico Marcellini comitis, ubi haec narrantur* (*in Sirmondi operum t.* II *p.* 285), ind. IV. Paulo solo cos. (*id est anno p. Chr. n.* 496) India Anastasio principi elephantem, quem Plautus poeta noster lucabum (*sic*) dicit, duasque camelopardalas (*sic*) pro munere misit.



